3.

TH. J. ab ALMELOVEEN

SYLLABUS PLAGIARIORUM,

HAC

Iterata editione altera parte auctior.

Accedit

HENRICI SYPESTEINII

DE

PLAGIARIIS

EPISTOLA.

AMSTELÆDAMI,

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS.

ANNO M. DC. LXXXXIV.

Viris Clariſſimis atque Doctiſsimis

PETRO BÆLIO,

IN ILLUSTRI

Rotteraedamenſium Schola PHiloſophiæ Profeſſori ſubtiliſſimo.

JOANNI DEKHERRO J.U.D.

Et Imperialis Cameræ Judicii Spirenſis, Advocato & Procuratori.

S. P. D.

TH. J. ab ALMELOVEEN.

INcredibilis Veſter erga me, quem non ſolum maximum ſpirant privatæ, verum & in publicum *de ſcriptis Adeſpotis* datæ teſtantur Epiſtolæ, amor, dudum debitam a me exegit gratiarum actionem, quam licet longe ſerius, quam quidem oportuit, vobis exhibeam, Viri amiciſſimi, non ſperem

tamen

tamen hinc minus fore gratam acceptamque. Eſt is, qui a me Vobis offertur conſecraturque, Plagiariorum Syllabus, hac iterata editione longe altero tanto auctior, Vos ante alios, ob materiæ olim nobis inſcriptæ convenientiam, Patronos atque Præſides admodum flagitans. Quod quum, vel me ſilente, obſervetis Viri Nobiliſſimi, nolite, obſecro, hanc meam deſpicere opellam, verum è contrario, quo tenerior, eo majore cum cura ſuſcipere, atque contra THeonino dente inſtructos maledicos calumniatoresque ignorantiſſimos, tales namque plerique ſunt, tueri, & hoc noſtro qualic umque, uſque dum a viris clariſſimis, Colomeſio, Placcio, Bailleto, Chriſtiano THomaſio, uti & cupientiſsimis mihi viris, Gothofredo THomaſio & Joanne Alberto Fabro de *Plagiariis* promiſſi *Commentarii*, in publicum prodiant, frui labore. Valete & rem bene gerite. Dabam Gaudæ in Batavis pridie Non. Septembr. CIↃ. IↃC. LXXXXIII.

SYLLABUS
PLAGIARIORUM.

RAbbi ABANDANA omnia furatus eſt ex Kimchio. *Hulſius in Pſalm.* 11. 6. *p.* 336.

ABENBITAR maximam partem è Dioſcoride deſumpſit. *Huetius de Claris Interpret. pag.* 161.

ACCURSIO teſtatur Ant. Contius, eum ex Azonis præceptoris ſui ad ſingulas leges commentariis manuſcriptis, ſuppreſſis, & numquam typis expreſſis, majorem gloſſarum partem decerpſiſſe, ea interdum inſcitia, ut peſſima quæque elegerit, optima reliquerit, verba Azonis magiſtri non ſatis intellexerit. *Ex communicatione Montani.*

ACRON plerumque Porphyrionis plumis veſtitur. *Hadr. Junius Epiſtol.* 1.

ACTUARIUS locum de Hellebori nigri præparandi & exhibendi modo ad verbum ex Aëtio in ſuum opus tranſtulit. *Henric. Smetius Miſcellan. Lib.* 1. *Epiſt.* x. *p.* 47.

ACUSILAUS & EUMELUS Hiſtoriographi, Heſiodi carmina in ſolutam orationem verſa pro ſuis ediderunt. *Clem. Alexand. Strom.*

 l. 6.

l. 6. pag. 265. Græc. ed. Medicea.

Ælianus diſſimulato nomine tranſſcribit Socratem. *Iſaac. Caſaub. Animad. in Athen. pag. 667,*

Ægineta & Aetius { exſcribunt Galenum. *Broun de errore popular. cap.* VI. *pag.* 38. *comm. Montanus.*

Æschines accuſabatur ab Menedemo Eretriate, quod Socratis Dialogos à Xanthippe acceptos pro ſuis ederet. *Diogenes Laërt. l. 2. pag. 116 in Æſchine ed. Amſtel. & ad hunc locum ex Athenæi Deipnoſ.* L. XIII. *cap. 8. pag. 611. ed. Caſaub. Aldobrand. & Menagius in notis.*

Agellius ſua ex T. Livio. *Joannes Camers in vita Solini.*

Albertus quæ ſcripſit de Muſimone habet ex Iſidoro. *Martin.* Etymolog. V. *Muſimo.*

Albertus Durerus Germanus, pictor plagii convincitur. *Jacob Nicol. Loenſis Miſcell. Epiphyll. lib.* III. *c.* I. *Fac. Critic. pag. 336. Tom. 5.*

Albricus Philoſophus cap. IX. Libell. de Deor. imagin. quæ habet de Pane videtur hauſiſſe è Servio ad Virgil. Eclog. II. verſ. 31. *Munckerus ad Albricum cap.* IX.

Alciatus (Andreas) ex Robortello & aliis ſua deſumpſiſſe fertur. *Carol. Sigon. cap. 68. pag. 332. Tom. 2. Lamp. Critic. pag. 186. & 243.*

Alcyonius (Petrus) dicitur librum ſuum de

de *Exilio* majori ex párte ex Ciceronis libris de Gloria tranſcripſiſſe. *Colomes* κειμηλ. *Literar. cap.* 15.

Aldrovandus (Ulyſſes) plagii accuſatus defenditur â Laurentio Pignorio *Symbolicar. Epiſtol. Epiſt.* 48.

Alexander ab Alexandro à Guilielmo Barclaio Cardinale Bona & multis aliis dicitur plagiarius. *Baillet. Jugem. des Sçavans Tom.* II. *Partie* II. *pag.* 82.

Ambrosius Origenis commentationes quaſi ad verbum tranſcripſit, & ſuam de purgatorio opinionem ab ipſo hauſit. *Joan. Gerardus Patrolog. pag.* 155. Cl. Montanus è Rainold. Cenſ. Lib. Apocryph. Tom. I. Prælect. 82. p. 988. notat eum integra operà Baſilii Hexameron è Græcis tranſtuliſſe & pro ſuis uſurpaſſe.

Andreas (Eborenſis) multa ex *Guidone Bituricenſi* defloravit. *Reineſ. Epiſtol.* 50. *ad Hofmann. pag.* 462.

Angelo (Michael) totas imagines ex aliorum pictorum tabulis ſuis inſeruit, eoque potius plagiarius quam æmulator dictus. *Wilb. Goere, Menſchkunde* II. *Hoofſtuk pag.* 38. *uyt de Heer Joan. Biſſchop.*

Apostolius quæ habet N. 71. Cent. 4. ad verbum deſcripſit non agnito Palæphato. *Galen. ad Palæphat. de Incredib. cap.* 11. tranſcri-

bit *Lucilium Tarrhæum. Meurſius in Theſeo. cap.* 27. defendit tamen Apoſtolium D. Joann. Albertus Faber Decad. Decadum Plagiarior. N°. LXV.

Appianus dicitur alienorum laborum fucus. *Scaliger Animadverſ. in Euſeb. pag.* 177.

Appulejus Librum ſuum de Salutaribus remediis ex Plinio totum compilavit. *Bodæus à Stapel. in Theoph. lib.*1. *cap.*9. *Hiſtor. Plant. pag.* 321.

—— IV. Librum Metamorphoſεων ex Luciano deſumpſit. *Elmenhorſt. Emendat. ad hunc locum.* Multa in libro de Dogmate Platonis è Diogene Laërtio aut Diogenes ex Apuleio deſcripſit. *Caſaub. ad Diog. Laërt. pag.* 33. *ed. Lond.*

Aquæus (Stephanus) in Commentariis ſuis in Plinium transſcripſit Beatum Rhenanum, neque ejus mentionem niſi quoties vult reprehendere facit. *B. Rhenanus Epiſtol.* L. *cent. Epiſt. Philolog. Goldaſti pag.* 196. *Vide & pag.* 199.

Arnobius multa è Clemente Alexandrino deſumpſit nomine ejus diſſimulato. *Kortholt de Calumniis Paganor. in veter. Chriſtian. ſparſ. cap.* VIII. §. V. *pag.* 64.

Augustinus deſcripſit quædam ſuppreſſo nomine ex libro Mercurii. *Conring. Hermet. Medic. cap.* 5.

Avicenna ex variis Scriptoribus ſuum deſcripſit librum. *Manard. Epiſt.* 4. *l.* 3. *Huetius de Claris Interpretibus pag.* 160. *ed. Hagenſ.*

Au-

Ausonius. Inſimulatur à Salmaſio ac ſi omnia ſua ab aliis deſumſiſſet, ita enim ipſe: *In tranſitu hoc dicam, omnia Auſonii epigrammata vel ex Græcis de verbo ad verbum expreſſa, vel de Latinis veteribus adumbrata. Ut illud cui lemma*, qualem amicam velit, *quod incipit*, hanc volo quæ non vult. *Ex antiquo Martialis imitatum & effictum eſſe deprehendi. Quod in veterum poëtarum catalectis nondum editis mihi repertum ſic habet:*

Qualem Flacce velim quæris nolimve puellam.
Nolo nimis facilem difficilemque nimis.
Illud quod medium eſt atque inter utrumque probatur.
Nec volo quod ſatiet, nec volo quod cruciet.

Ultimum hic verſum ſic immutavit Auſonius

Nec cruciare animum, nec ſatiare volo.

ſed hæc alias. Ad Hiſtor. Auguſt. Scriptor. Tom. I. pag. 187. Quem locum fugiſſe Doctiſſimum Tollium cum Auſonium illuſtraret valde miror.

Balduinus vapulat Antonio Matthæo ut plagiarius. *Morhof. Polyh. Liter.* L. I. c. 19. *pag.* 230.

Bassus (Caſſianus) Scholaſticus, ex Rei Ruſticæ Scriptoribus opus varium, (cui

γεωπονικὰ ab Agriculturæ ſtudio nomen eſt; concinnavit. *Junius Animadv. l. 6. cap.* 1.

Baronius (Cæſar) nihil habet quam quod Centuriatores fecerunt, & illos perpetuo reprehendit, putans ita tegere ſua furta. *Scaligeran. in* v. Baronius.

Bavarius omnia ſua habet ex Scaligero, ſed numquam nominat niſi ubi eum reprehendit *Iſaac Caſaubon. Epiſt.* 708.

Rabbi Ben Melich omnia furatus eſt ex Kimchio. *Hulſius in Pſalm.* 11, 6. *pag.* 336.

Berneggerus (Matth.) transſcripſit *Jacobi Lectii* orationem de memoria. *Morhof Polyhiſt. Liter. l.* 2. *c.* 6. *p.* 381. quæ vero ad Juſtinum congeſſit ex Briſſonio de Regno Perſarum deſcripta ſunt teſte v. Clar. Theodoro Schalbruchio.

Bertramus ſublegit *Georgium Calixtum* qui appendicem ſcripſit ad Lipſium de Cruce. *Thom. Reineſ. Epiſtol. ad Hofmann. & Rupert. pag.* 224.

Beverwyck (Joannes) Schat der geſontheyd cap. 3. *Waarom de menſchen in d'eerſte tijden veel langer leefden dan zy nu doen.* Totum fere de verbo ad verbum deſcriptum eſt ex *Lectionum Petri Meſſiæ lib.* 1. *cap.* 1. *ex communicatione Montani.* Imo plurima ex Fernelio & Quercetano.

Blancardus (Nicolaus) quæ in Arria-

num

num de expeditione Alexandri ſcripſit Commentaria ſurripuit Freinshemio ita enim Jacobus Gronovius Supplement. in Arrian. c. 23. pag. 160. *Neque enim tanti illi heroës ſunt, ut ab enunciando, quod res ipſa eſt, ideo abſtinere cogar; ut ſi ab octo illis Animadverſionum libris, quo ſpecioſi indicis faſtigio veſtibulum ejus veſtitum ornatumque iverunt, deduxeris illa, quæ aliena ſunt & præcipue Freinshemio ſurrepta, vix unus, certe momenti cujuſdam, remanſurus ſit illi homini, qui ſe quoque ſtare venditat moribus antiquis*, &c.

Bodinus (Joan) ſua ex Scaligero deſumpſit. *Vide Scaligerana prima pag.* 21. ex aliis. *Colomeſ. Gall. Orient. p.* 83.

Bonifacius (Balthaſar) habet ſua ex Voſſio *Baillet Jugem de Sçavans part.* I. *Tom.* II. *pag.* 213. *ex Labbæo.*

Brant ſeu Titio (Sebaſtianus) librum ſuum *Navis Narragoniæ* Inſcr. Germanicis Rhytmis compoſitum ex prolixis diſſertationibus Keiſersbergii *navis Stultorum* collegit. *Voetius Diſputat. Select. Tom.* III. *pag.* 684.

Breuning (Joh. Jacob.) deſcripſit *itinerarium ſuum Orientale* ex itinerario *Leonardi Rauchwolffii* uti autor eſt *Jobius Ludolfus Commentar. in Hiſtor. ſuam Æthiop. pag.* 25.

Brixius (Germ.) in hunc, verſus poëtarum ſuffurantem, ſequens Epigramma

confecit Thomas Morus, extat pag. 245.

Priſcos Poëtas nemo te colit magis,
Legitve diligentius.
Nam nemo priſcis é Poëtis omnibus
Eſt, cujus ipſe ex verſibus,
Non hinc & inde floſculos, & gemmulas
Manu capaci legeris.
Vatem redonans tanto honore protinus,
Scriptis tuis ut inſeras.
Beaſque vatem, nempe quæ tu congeris,
Suos parentes indicant,
Magiſque reſplendent tua inter carmina,
Quam nocte lucent ſydera.
Tantum decus vati invidere nemini
Soles, amicus omnium,
Ne quis, decus prioris olim ſæculi,
Neglectus abs te defleat.
Ergo ſacrati ne Poëtarum modi
Longo ſitu obſoleſcerent.
Injuria tu vindicatos temporis
Novo nitore percolis.
Hoc eſt vetuſtis arte novitatem dare,
Qua re nihil felicius.
Ars ô beata, quiſquis arte iſthac tamen
Vetuſta novitati dabit,
Is arte nulla (quamlibet ſudet diu)
Novis vetuſtatem dabit.

Brodæus (Joannes) plagii accuſatus defen-

ſenditur à Baptiſta Sapino. *Colomeſ. Gall. Orien-tal. pag.* 31.

BULENGERUS Scaligeran. *pag.* 37. *&* 31. *ed. Groning.*

BUNNEY (Edmundus) Collegii Mertonenſis Socius *Directorium ad Chriſtianam fidem*, cujus Ichnographia cum univerſa pene materia *Ludoviſio* de *Granada* tribuitur, & compoſitio Brinkleiio à Roberto Perſonio compoſitum ſeu collectum, immutata forma proteſtantium uſui accomodatum ſub nomine ſuo edidit. *Hiſtor.* & *Antiq. Univerſ. Oxonienſ. l.* 2. *pag.* 78.

BUXTORFIUS (Joh.) ſenior Bibliothecam ſuam Rabbinicam ex Riveto & Kock exſcripſit Teſte Labbæo citanti Bailleto *Jugem.* de *Sçavans Tom.* 11. *pag.* 118.

CALVINUS (Joan) quæ ſcripſit in Danielem deſumpſit ex Hieronymo. *Scaliger. pag.* 4. *ed. Gron.*

CAMDENUS (Guilielmus) inſimulatus fuit ac ſi Joannis Lelandii ſcrinia compilaſſet. Breukius ei exprobravit ac ſi Heraldorum ſcripta vidiſſet; illorumque opera non parum eſſet adjutus, ſed eum defendit V. Cl. *Thomas Smithus* in vita G. Camdeni pag. 24. 25. 26. quo dicit. *Hoc erat à Camdeni genio & moribus, ſi quod umquam flagitium, maxime alienum.*

CANINIUS Scaligerana. *in V. Caninius.*

CAPITOLINUS Herodianum ad verbum in-

terpretatur. *Caſaub. ad Capitolin. Maximin. duo Cap.* 20.

CAPIVACCI (Hieronymi) methodum totam fere perlegi, video primam partem eum ſumpſiſſe ſibi ab Argenterio, & obſcuraſſe iſta quadam Barbarie, ſuaque feciſſe, adhibitis quibuſdam logicis rationibus. *Crato Epiſtol.* 118. *Epiſtol. à Scholzio edit.*

La Bibliotheque que *P. Lucius* CARME de Bruxelles à recueillie ſur ce ſujet n'eſt preſque qu'une Copie de l'ouvrage d'Arnold *Boſtius*. Baillet *Jugem. des Sçavans part.* 1. *Tom.* II. *pag.* 125.

CARRION (Ludovicus) ſummus fur librorum Scaligerian. *pag.* 44. *ed. Gron.* Ex eo Bailletus *Jugemens de Sçavans Tom.* II. *partie* II. *pag.* 257.

CARTUSIANUS (Adrianus N.) Scripſit libros de remediis utriuſque fortunæ in quibus bonam partem deſcripſit ex Franc. Petrarcha *Valer. Andr. Bibl. Belg. pag.* 18.

CASAUBONUS (Iſaac) Guijonii emendatione uſus eſt. *Colomeſ. Gall. Or. pag.* 268. Joannis Antiocheni; *Reineſ. Epiſtol. ad Rupert. Epiſt.* 64. *pag.* 572.

CASTRO (Ezechiel a) in libello de igne lambente exſcribit Fortunium Licetum uti conqueritur *Epiſtola* 33. *Centur.* I. *Thom. Bartholini.*

Georgius Cedrenus exſcripſit Euſebium. *Voſſius de Arte Gramm. Lib.* 1. *cap.* x. Ioann. Curopolatem. Spanhem. in Introd. ad Hiſtor. N. T. ad ſec. xi. pag. 623. *Montanus.*

Chassanæus in commentariis ſuis ad conſuetudines Burgundiæ multa ex Matthiæ de Afflictis Commentariis ad Conſtitutiones Neapolitanas fuit expilatus, nec autorem nominat. *Sim. van Leeuwen in prologom. Cenſ. Forenſ.* ex communicatione Montani.

Ciacconius (Petrus) diſſimulato improbe nomine deſcribit Platinam. *Herm. Conringius de Bibliothec. Auguſt. Epiſt. ad Boineburg. pag.* 14. *Hieron. Mercurial. in Appendice ad caput* xi. *Lib.* 1. *de Arte Gymnaſt. pag.* 77.

Ciofanus (Hercules) emendationem in Ovidium Urſino ſublegit N. *Heinſius Not. in Ovid. Faſt.* iv. ℣. 467.

Clarius (*Iſidorus*) ex Munſtero ſua deſcripſit. *Bynæus de Calceis Hebræor. l.* 1. *cap.* 4. *pag.* 80. *D. Fl. à Giffen Commentat. in Ezechiel cap.* 3. *pag.* 22. *è Polo Beverland de Peccato Originali. pag.* 135.

Claverius (Stephanus) notas ſuas in Perſium deſcripſit ex veteri Scholiaſte *H. Ernſtius Obſervat. lib.* 1. *cap.* 7.

Colvius (*Petrus*) Emendationem Apologiæ Appulei ex Eraſmo deſumpſit. *Pricæus ad Appul. Apologiam pag.* 145.

Colu-

Columella tranſcribit Varronem. *Petr. Victorius in Notis in Varron.* pag. 4.

Commentaria Pontificiorum in primis Jeſuitarum in Libros Scripturæ maximam partem ex noſtris ſunt deſumpta. *Voetius Diſputat Select. Tom.* III. *pag.* 686.

Constantinus (*Robertus*) qui Montalbani medicinam fecit; ſuá ex Scaligero in Avicennam Scholia deſcripſit. *Scaligerian. prima pag.* 12. inſimulabatur ac ſi notas Julii Cæſaris Scaligeri plagio ſublegiſſet ſed eas edendo hoc crimine ſeſe abſolvit *Colomeſ. Gall. Oriental. pag.* 103.

Constantinus Porphyrogeneta Lib. II. de Them. Th. 9. quæ de Urbe Liſſo ſcripſit verbotenus deſcripſit ex Strabon lib. VII. pag. 316. teſte *Luca Holſtenio in not. in Stephan de Urbib pag.* 191.

Cragius (*Nicolaus*) habitus eſt Plagii reus quod ſcilicet edidiſſet IV. de Republica Lacedæmoniorum libros à Cujacio quondam conſcriptos. Sed vendicat eum ab hac injuria *Henricus Ernſtius Obſervat. lib.* 2. *cap.* 27.

Cujacius (Jacobus) quæ habet cap. 3. Lib. XV. Obſervation. diſſimulato nomine Joannis Antiocheni, ab eo deſcripſit. *Reineſius Epiſtol. ad Hoſm. & Rupert. N°.* 64. *pag.* 572.

Curius *Fortinatianus* fere deſcribit Quintilianum. *Gronov. in literis ad Joan. Rhodium*

à Fer-

à Ferrario prolatis de Re Veſtiar. lib. I. *cap.* 39.

DAMASCENUS (*Nicolaus*) integras paginas ex Dionyſio Halicarnaſſenſi ex Xantho, Lydo, &c. deſcripſit H. *Valeſius in notis ad Polybii & alior Excerpta pag.* 70. & Gregorio Nyſſeno de Providentia multa tranſcripſit. *Gomar. de Providentia. c.* 8, *pag.* 165. Communic. Montanus.

DELRIO (Martinus Antonius.) Inde etiam Iſagogen conſcripſit (Joachimus Hopperus.) Cujus prioribus quidam quatuor libris paratitla juris civilis Romani docuit; poſteriores tamen libros totidem voluit eſſe elementa Juris ſive de Principiis juſti & injuſti. Et vero hæc ſunt illa elementa, quæ in duos libellos ejuſdem nominis non multo poſt contraxit M. Antonius Delrio: non ineleganter quidem, improbe tamen diſſimulato Hopperi nomine. *Herm. Conringius Epiſtol. pag.* 315.

DIDIMUS Varronem exſcripſit. *Redus de Inſectorum generat. pag.* 88.

DIEUCHIDAS *Megaricus* principium orationis deſumpſit ex Hellanici Deucalionia. *Clem. Alexandrin. Stromat. l.* VI.

DIODORUS SICULUS multa ex Agatarchide ad verbum deſcripſit teſte Salmaſio ad Solinum. *communicavit Montanus.*

DONATUS Vitam Virgilii ex Suetonio com-

compilavit. *Voſſius ad Catullum. pag.* 75.

Egesippus ex Joſepho ſua deſcripſit. Scaliger an. v. *Egeſippi.*

Ennius à Nævio vel ſumpſit multa, vel ſurripuit. *Cicero in Bruto c.* 19.

Epicurus à Democrito principalia decreta ſurripuit, *Clemens Alexandrin. Strom. lib.* VI.

Epiphanius: locum Euſebii ita de verbo ad verbum deſcripſit ut de ſuo duo tantum nova verba, adjecerit. *Scaliger Animadv. in Euſeb. pag.* 29.

Erasmus (Deſiderius,) inſimulatur ac ſi Adagiorum opus aliena opera conſtruxiſſet, ſed eum defendit. *Nannius Miſcell. lib.*2. *c.* 19.

Erathenes Timotheum de Inſulis exſcribit. *Broun de error popul. cap.* VI. *pag.* 301. *comm. Montanus.*

Etymologici Magni Auctor Tarrhæum transſcribit. *I. Rutgerſius Variar. Lect. lib.* I. *cap.* 3.

Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis in Commentariis in Geneſin deſcripſit Hieronymum. *Druſius Hebraic. Quæſt. lib.* 3. *Quæſt.* LXII.

Eudemus *Naxius* à Meleſagora ſua deſumpſit. *Clemens Alexandrin. Strom. lib.* VI.

Eumelus & *Acuſilaus* Hiſtoriographi, Heſiodi Carmina in ſolutam orationem verſa

tam-

tamquam ſua ediderunt. *Clem. Alexandrin. Strom. lib.* VI. *pag.* 265. *ed. Gr. Medic.*

EURIPIDES Medeæ diſpoſitionem ac verſuum exemplum deſumpſit ex Calliæ Athenienſis Tragœdia. *Athen. Deipn. lib.* VII. *c.* I. *pag.* 276.

EUSEBIUS ſua ex Julio Africano deſumpſit. Scaligeran. v. *Euſebii.*

EUSTATHIUS uſus eſt Scholiis in Homerum, hactenus ineditis quæ tamen digniſſima ſunt ut in lucem prodeant. *Voſſius ad Catullum. pag.* 247. *TH. Gale in notis in Apollodorum pag.* M. 37.

FABER (*Tanaquillus*) quæ de Poëtis Gallice ſcripſit depromſit ex Lilio Gyraldo. *Baillet Jugem. des ſçavans Part. Tom.* II. *pag.* 199. ex Salmaſianis ſcriniis. *Nicol. Heinſius not. in Artem Amatoriam Ovidii pag.* 374. *ſeqq.*

FARNABIUS (Thomas) de eo ita *Hugo Grotius Epiſtol.* 98. *Appendic.* Notas meas ad Senecam Farnabius legit, & ubi viſum ſublegit, ad Martialem licet utatur verbis Raderi à plagio eum tamen vendicat Vavaſſor de Epigramm. CXX. p. 271.

FICHLOVIUS (*Joannes*) multa deſumpſit ex Klockianis. *Herm. Conring. Epiſtol. p.* 224.

FOLIUS (*Cæcilius*,) qui menſes aliquot mecum fuerat, ac a mea conſuetudine diſceſſe-

rat

rat id à ſe inventum dicit imo & librum adjuvante amico, cujuſdam calamo, hac de re conſcribit. *Joſeph de Aromatis ad Caſp. Hofmann. Richt Epiſt. p.* 800.

FRONTINUS (*Julius ſecundus*) exemplum ſecundum caput Hom. lib. 111. Strategem. deſcripſit è Salluſtii Belli Jugurthini cap. 92. 93. 94. obſervante *Rivio* ad *Salluſtium pag.* 379. 381.

FULVIUS (Andreas) ſua à Sadoleto recepit. *Teiſſer. Biblioth. p.* 437.

GALATINUS (Petrus) dicitur Plagiarius Scaligeran. *pag.* 83. *Saldenus de libris pag.* 155.

Ad GALLUM ſublegentem veterum Carmina.

> Vatibus idem animuſque, & vere ſpiritus idem,
> Qui fuit antiquis eſt modo Galle tibi.
> Carmina namque eadem, verſuſque frequenter eoſdem
> Quos fecere illi, tu quoque Galle facis.

Thomas Morus Epigram. pag. 261.

GEORGIUS (Alexandrinus) ſua hauſit ex Cyrillo Epiſcopo Alexandrino, qui ſcripſit etiam vitam Chryſoſtomi *Teiſſer. Biblioth. pag.* 66.

GERARDUS (Johannes) gnaviter deſcribit

Co-

Cocum. ex Hoornbekio *Saldenus de libris pag.* 156.

Gifanius (Albertus) Scaligeran. *pag.* 44. *edit. Groning.*

Glyca (Michaël) exſcripſit ſæpe Phyſiologum S. Epiphanii. *Conſalus Ponce de Leon.* in Notis ad Phyſiolog. cap. I. pag. 4. & cap. IV. pag. 16. *Baſilium* Id cap. X. pag. 19. 40. *Phyſiologum S. Epiphanii.* Id. cap. XV. pag. 66.

Gorgias Leontinus ſuffuratus eſt ſua a Meleſagora. *Clem. Alexandrin. Strom.* LIVI.

Græcinus, qui alioqui Cornelium Celſum tranſcripſit. *Plinius lib.* 14. *cap.* 2.

Grangæus (Iſaacus) utitur ipſiſſimis Rameſii verbis ad verſum 24. Sat. I. Juvenal. quæ habet ad *Martial. Epigr.* VI. *Amphitheatri.* ad Sat. III. ℣. 198. quæ *Rameſ. ad Martial. l.* I. *ep.* 109.

Gregorius *Nyſſenus* Orationem de anima totam deſcripſit ex Nemeſii libro de Hominis natura. *Meurſius Denar. Pythagoric. cap.* I. *pag.* 7. vel *Nemeſius* ex *Gregorio Nyſſeno.*

Gruterus (Janus) compilavit ſcrinia Paſſeratii ad Propertium *Pareus Analector. in Plaut. pag.* III. *Tom.* VII. *Lampad. Critic. Gutherii* ſcrinia *Id. ibid. pag.* 116.

Guarinus Veronenſis exſcripſit Chryſoloram. *Konig. Bibliothec. Vet. & Nov. pag.* 191. *Voſſius de Arte Grammatica l.* I. *c.* 4.

HARMONICUS *Simus* Arimneſti Canonem Muſicum pro ſuo venditavit. *Porphyr. de vita Pythagor. p.* 182.

HEINSIUS (*Dan.*) plagii fuit accuſatus quod Exercitationes in N. T. à Scaligero deprompſerit. Sed vendicatur a Sarravio Epigrammate quod exſtat Epiſtolar. *pag.* 38. culpat tamen Hugo Grotius *Epiſtol.* 151. *Appendic.* Conjecturas Nanſii in Simplicium, & in Epicteti Enchiridion pro ſuis edidit. *Salmaſius in Præfation. in Simpl.* ** 3.

HELIODORUS ſeu *Damianus Lariſſæus* in opticis multa ex Herone ad verbum deſcripſit. *Voſſius ad Catullum. p.* 245.

HELVICUS (Chriſtophorus) totum opus ex Calviſio deſcripſit. *Tanaq. Faber. Lib.* 1. *Epiſt.* 64.

HERACLITUS Epheſius ab Orpheo plurima accepit *Clem. Alexandrin. Strom. lib.* VI.

HESYCHIUS *Mileſius* in Meliſſo tranſcribit ipſiſſima verba Diogenis Laërtii. *Menag in not. in Laërt. lib.* IX. *ſegm.* 24. *pag.* 402. in Theodoro Samio iterum. *Idem Lib.* II. *ſegm.* 107. *p.* 118. in Menedemo *Iſaac Caſaubon. ad Diogen. Laërt. p.* 156. 157. *ed.* 1692.

HIERONYMUS quæ habet de Terentio deſcripſit ex Suetonio *Voſſius de Poët. Latin. c.* 1. *p.* 9. diligens Quintiliani Lector *Toll. ad Auſon. p.* 118. Tertulliani *Kuhnius ad Aelian. V. H.* 11. 31.

HOMERUS Iliadum librorum argumentum

tum deſumpſit ex libris Corinni Poëtæ Epici, qui primus Iliadem ſcripſit tempore belli Trojani. *Suidas in voce* Corinni. ex eo *Pinedo in Indice ad Stephan. de Urbib.* accuſatur a Cantero Variar. Lect. 11. cap. 3. quod multa ab Orpheo & ſimilibus ceperit, ſed injuſte inquit Alber. Gentilis, imitatur Homerus Orpheum & Muſæum non ſpoliat. *communicavit Montanus.*

HOTOMANNUS (Franc.) ex Paſchalii libro de *Legato*, omnia furatus eſt. *Scaligeran. p.* 259.

HOTTINGERUS (Joh. Henricus) *in Topographia Eccleſiaſtica* quæ altera pars eſt *Archæologiæ Orientalis*, etiam Eccleſiæ Æthiopicæ mentionem fecit. Recentia, quæ autor iſte habet, a me quondam accepit, quamquam mei nullam ibi faciat mentionem, inquit *Jobus Ludolfus, Commentar in Hiſtor. ſuam Æthiop. p.* 18.

JACCHÆUS in Inſtitutionibus Medicis multa habet ex Duncano Liddelio, ut notat *Kyperus de ſtudio Medico.* communicavit Montanus.

JOANNES Antiochenus compilavit Plutarchum, Eutropium, Politianum, alios. *H. Valeſius in notis ad Polybii & aliorum Excerpt. pag.* 116. 117.

JOANNES Gerardi plantarum Hiſtoriam

ex Lobelio compilavit; uti conqueritur in *Stirpium* Illuſtrationibus pag. 2. *Mendum typographicum* inquit *tranſlatitiæ iconis meæ, ob fatalem operariorum negligentiam, tum in obſervationibus Teutonicis, tum in iconibus ſequutus eſt Joannes Gerardi obtuſiſque naribus gramen etiam iſtud pratenſe minus ſive parvum ſtatuit; meos ſiquidem labores ſupprimere conatus eſt; eoſque ſibi temerè, & impudenter arrogavit, univerſumque opus noſtrum*, Adverſaria Stirpium *vocatum, corraſit & ſuis rapſodiis ſtatim ab initio inſeruit, & pro verbo, verbum reddit, (linguæ autem Latinæ admodum rudis fuit) ſed multa balbutire & effutire conabatur, ut tamquam ſciolus videretur regnaretque ſicut inter luſcos ſtrabo, barbitonſorum quorundam ſordidorum more. Iconibus Tabernemontani uſus eſt, qui omnes Icones noſtras & Plantinianas; nec non Cluſii omniumque Botanographorum cate & tacite, ſuppreſſis Authorum nominibus, ne laterna aperiatur, ut fieri ſolet, unde quæque exhauſerit.* Huic, quia in Mercklini Lindenio renovato non extat ſcriptor, ſubjiciam locum Joannis Raii, quo breviter ejus vitam comprehendit. *Joannis Gerardi Hiſtoria plantarum* Anglica *cum figuris ipſius Tabernamontani, nonnullis etiam Lobelii, & inſuper 16, novis additis. Londini* 1597. *fol. Joannes Gerardus (referente Johnſono in præfat ad Gerardum emaculatum) natus eſt Nantvici in Comi-*

Comitatu Ceſtrienſi,] *unde Londinum venit, ubi Chirurgiæ operam dedit, in qua adeo profecit, ut magiſterium in ea facultate adeptus ſit. Linguarum Mediocrem aut nullam habuit peritiam. Hujus operis potiſſima pars & quaſi corpus ſunt Pemptades Dodonæ, Anglice redditæ a quodam Doctore* Prieſt, *quas Gerardus fere integras transſumpſit. Hoc ut celaret mutavit Dodonei Methodum in Lobelianam a graminibus & graminifoliis* [*initium ſumens.*

JORNANDI Liber de ſucceſſione Regnorum maxima ex parte ex Flori Hiſtoria compilatus eſt. *H.Valeſius ad Polyb. & alior excerpt. p.*110.

JOSEPHUS Ariſteam fere tranſſcribit *Caſaub. ad Capitolini Gordian. tres. cap.* 3.

ISIDORUS Hiſpalenſis iiſdem verbis exſcribit Rufinum. *Ger. Joan Voſſius de Trib. Symbol. diſſert.* 1. §. 19. *p.* 14. ſuppreſſo nomine Servium. *Briſſonius de Ritu Nuptiar. p.* 74. multa ex Hieronymo. *Scaliger. Animadv. in Euſeb. Chronolog. p.* 31. G. I. *Voſſius Etymol.* p. 7. v. *Acus.* In libro de Natura rerum tota interdum capita ex Hygini Aſtronomico tranſſcribit. *Thom. Munkerus diſſert. de ſtylo Hygin.* x. & in notis ad Hygin. pag. 353. & 484 Aethicum. *Barth. Adv.* XLV. *cap.* 13.

KECKERMANNUS ethices Syſtema ex G. Donaldſonii Synopſi ethica ſuppreſſo nomine deſcripſit. Sic enim ipſe. *Acceſſit & eo-*

rum non tacitum, utcumque ſuppreſſo meo nomine, teſtimonium, qui ex eo ſcripſerunt, & in ſyſtemata ſua, quæ ad guſtum videbantur, tranſtulerunt, Keckermannia cum meis qui conferet, haud vana hæc, aut oſtentationi dicta reperiet, plagii manifeſtarii ex eo mangonem depræhendit, quod ne erroribus quidem mutatis, tamquam mancipiorum nominibus familiæ ſuæ pleraque adſcripſerit. G. Donaldſon Epiſtol. ad Lector. Synop. Oeconomic. præfixa.

KEUCHENIUS (Robertus) de altitudine aquæductuum quæ habet deſumpſit ex Dempſtero ad Roſinum. *Raphael. Fabret. de Aquæd. p.* 153.

KIPPINGIUS (Henricus) Plagiarius dicitur ab Octavio Rubenio *Analect. de Re Veſtiar. cap.* XLVI. *p.* 154.

KIRCHMANNUS (Joannes) in libro de Funeribus Romanorum multa deſumpſit ex Kornmanni libro de Miraculis mortuorum. *Borremanſ. Variar. Lect. libr. c.* 4. *p.* 32.

LACTANTIUS (Lucius Cælius) quædam ſuppreſſo nomine deſcripſit ex Mercurii libro. *Conring. de Hermet. Med. cap.* 5.

LELANDUS plurima hauſit ex veteri Catalogo Sociorum Collegii Metonenſis, & ex Lelando *Balæus. Wood Hiſtor. & Antiq. Oxon. l.* 2. *p.* 87.

LAMBINUS (Dionyſius) uſus eſt emendationi-

tionibus Guilielimi Canteri in Horatium. *Guil. Canterus Novar. Lection.* L. IV. c. 12. in fine. & lib. VI. c. 4. in fine.

LIPENIUS (Martinus) in volumine Catalogi Realis de Medicina totum pene exſcripſit vander Linden. *Baillet Jugem. de ſçavans, Tom.* II. *p.* 46.

LIVIUS Titus ſua ex Polybio deſumſit de quo ita F. Urſinus in dedicatione Excerpt. de Legationibus præf. quum *Livius autem* (Polybium ſc.) *ita fuerit imitatus ut ejus non tantum ſententias ſed verba etiam ipſa & ad verbum plane expreſſerit. Quo magis fit, ut ſatis mirari non poſſim, hominem ita de Romano nomine meritum, pene ſilentio præteritum ab ipſo, cùm ſemel tantum, aut iterum illum nominet & quidem exigua cum laude vel potius nulla* Auctorem non ſpernendum, *appellet.* Vide cetera.

LEONICUS (Nicolaus) qui ſcripſit de Animalibus Lib. XVI. ſæpe transſcribit Ælianum de Animalibus. *Pinedo in Indice Auctor. ad Steph. de Urbib. pag.* 753.

LIPSIUS (Juſtus) inſignia plagia commiſit in Tacito à Mureto edoctus. *Scaligerana pag.* 204. & 208. Lipſius in libro de Militia Rom. omnia cepit ex Franciſco Patritio, qui Italice ſcripſit ea de re. *Vide Scaligerana prima in Adjicialis cœna.* Saturnalium librum ex Fabri Semeſtrium l. 2. ex Scioppio & Fabro Sam. Pitiſcus

in Præf. Q. Curtii. Bailletus *pag.* 277. *Jugem. des Sçav. part.* 11. *Tom.* 11.

Lombardus (Petrus) exſcribit Iſidorum Hiſpalenſ. *Voſſius Etymolog.* v. *Acoluthi.*

Lullius (Raymundus) plagii accuſatur à Gabriele Naudæo, quod omnia ex Arabe Abezebron ceperit, defenditur à *Dan. Georg. Morhof. Polyh. Liter. L.* 2. *cap.* 5. *pag.* 348. *Joan. Alberto Fabro Decad. Decad.* N. xlii.

Lydius (Jacobus). Librum de Agoniſtice Sacra ex Mercurialis libris de Arte Gymnaſtica, & Petri Fabri libro, quem *Agoniſticon* inſcripſit, potiſſimum deſcripſit. *Borremanſ. Variar. Lect. lib. cap.* 15. *ultima verba pag.* 193.

Maccovius (Joannes) Exercitationes ſuas è Molinæi Anatome Arminiaſmi compilavit *Saldenus de Libris pag.* 156.

Macrobius transſcripſit Alexandrum Aphrodiſæum & pene verbotim expreſſit. *Ulyſſes Aldrovand. de Quadruped. Biſulc. l.* 1. *pag.* 394. Poſtremum Saturnaliorum librum totum propemodum à Plutarcho mutuaſſe dicitur. *Guil. Canterus Novar. Lection lib.* vii. *cap.* 7. Ex Agellio ſuppreſſo nomine quædam. *Joann. Meurſius Spicileg. Theocrit. pag. m.* 57. Joan. Camers in vita Solini. Ex Vavaſſor. de Ludicr. dictione pag. 271. Bailletus pag. 28. Tome ii. part. ii. Jugemens des Sçavans.

Madius (Vincentius) Brixianus Philoſophus

ſophus annotationes ſuas in Ariſtotelis Poëticam ex Fr. Robortelli commentariis deſcripſit; ſic enim de Arte Critica in fine. *Quare non eſt, quod miretur Madius, ſi ego illius obtrectatione ne tantillum quidem moveor. Videat ipſe, ſi in meis commentariis, qui ſuperiore anno iterum Baſileæ impreſſi fuerunt, aliquid immutavi, quod jure ab eo fuerit reprehenſum Et ſubodoretur diligentius, quid docti viri de ſuis annotationibus & commentariis meis, ſentiant; quidque judicent de tota re. Nam & totidem verbis deſcripſit quam plurima de meo commentario & veterum loca eadem recitavit, quæ ego protuleram. Illi autem venire in mentem ne auctorum quidem ipſorum nomina potuiſſent, quos numquam legit, nec attigit cum vix literis Græcis ſit tinctus, nec eam notionem rerum umquam parare ſibi ſtuduerit, in qua ego omnem ætatem conſumpſi.* Fac. Critic. pag. 28. Tom. II.

MAGNUS (Olaus) cum ex Plinio aliquid deſcribit nomen ejus diſſimulat. *Th. Bartholin. Cent.* 1. *Epiſt.* 28.

MAJOLUS (Simon) multa ex Peucero de Divinationibus ſuppreſſo ejus nomine, in caniculis diebus deſcripſit. *Georg. Mœbius de Oracul. Ethnic. cap.* 2. *pag.* 30.

MANETHO quicquid habet apud Syncellum, omne depromptum eſt ex Euſebio & Panodoro. *Marsh.* προεκκλέσει. *Can. Chron. pag.* 2.

MANUTIUS (Paulus) — Libro: *quem nuper compilatis Zaſii, Gruchii, & Balduini de eadem re commentariis; edidit de legibus Romanis* &c. Franc. Robertellus pag. 25. part. ſecund. Facis Critices. pag. 71. idem pag. 88. Ex Gyraldo & Eraſmo ſua deſumſiſſe dicitur à Sauberto. *Sam. Pitiſcus Præf. in Curtium.* Commentarios, quos Janus Parrhaſius in Ciceronis Epiſtolas ad Atticum ſcripſit, pro ſuis edidit *Schielen Biblioth. Enucl.* pag. 261. *ex communicatione Montani.*

MANCUII fratres in libro de Transſylvania exſcribunt Ortelii Theſaurum. *Martinus Opitius Variar. Lection. Libri cap.* 3.

MARAFIOTUS (Hieronymus) transſcribit Gabrielem Barrium nulla facta mentione. *Naudæus in Judic. de Aug. Nipho.*

MARCELLUS (Empiricus) Verbotenus deſcripſit Scribonium Largum de compoſit. Medicamentorum. *Broun Pſeudodoxia Epidemic. cap.* VI. *lib.* I. *Reineſius apud Thomam Bartholinum Cent.* II. *Epiſt.* 89. *Joan. Rhodius ad Scribonium Largum pag.* 29.

MARCILIUS (Theodorus) Vide, quo pruritus & cacoëthes Grammaticum impulerit, qui, ne recederet à more ſuo, maluit pravam lectionem Junii ſequi & ſibi attribuere, diſſimulato, ut ſolet, hominis nomine, quam veram ſequi *Scaliger. in notis ad*

Mar-

Martial. lib. Spect. Epigr. XI. Quæ de aquis Niloticis ſcribit ex Brodæo, ſuppreſſo ejus nomine, transſcripſit. *Matth. Raderus ad Martial. pag.* 29. Diſſimulat unde profecit eos, quibus plurimum debet, & quibus præeuntibus multa didicit, inciviliter & injuſte carpit. *Scaliger. ad Scriver. p.* 141. 143. 149. 155. *Martial. ed. Scriver.*

MASSO (Papirius) in libello ſuo oſtendit ſe multum profeciſſe ex Auſonianis noſtris, quamvis ſerio diſſimulat. *Scal. Epiſt. lib.* 4. *ep.* 346.

MARIANUS (Scotus) transſcribit Euſebium à Hieronymo verſum. *Meurſius in Theſeo cap.* 29.

MERCURIALIS (Hieronymus) emendationem Galeni ex Joanne Æmilio Ferrarienſi transſcripſit. *Ulyſſ. Aldrovand. in Prolegem. de Quadrup. Biſul. pag.* 3.

MERULA (Gaudentius) qui quantus fuerit Plagiarius hiſce docet in Apologia ſua (pag, 28.) Antonius Majoragius. *Creditiſne fortaſſe juvene tantum ineſſe Gaudentio Merulæ diligentiæ atque induſtriæ, ut ipſe Ciceronem vel Terentium legerit, & ea notarit, quæ ad imitationem Terentii dixit Cicero? nimium illi tribuitis ſiquidem hoc creditis. Sed cum jam plurimis veſtrum notiſſimum eſſe ſciam quam libenter Æſopicam Corniculam imitetur, & alienis ſe plumis induat, non dubite*

bito quin etiam facile credatis, quæ dicturus ſum. Nempe hos omnes locos, in quibus Ciceronem cum Terentio; Terentium cum Plauto comparat, aliena induſtria congregatos impudentiſſime ſibi Merulam, attribuiſſe. Quod ſi quis veſtrum mihi non credit, legat ea quæ Joachimus Camerarius, in primum librum Tuſculanarum quæſtionum doctiſſime commentatus eſt, ibi reperiuntur hæc omnia, quæ bonus hic paſtor Gaudentius ad verbum in Dialogum ſuum traduxit, ô temeritatem fuſtibus coërcendam. Tu ne igitur quod ego magnis vigiliis & laboribus obſervavi, mihi ſurripies? tuum eſſe dices? pro dii immortales; quid igitur eſt committere ſacrilegium ſi hoc non eſt? nam lucubrationes ſuas viri eruditi ſuis nominibus inſcriptas Muſis conſecrant, eas quicumque privatum in uſum, aut gloriam vertit, is ſacrilegus ſit neceſſe eſt; neque eſt quod excuſare poſſis, ita caſu accidiſſe; ut quæ Camerarius notaverat, etiam tu notares, cum quatuor pagellas integras ad verbum transſcripſeris. Sed hoc apud te novum non eſt, in hac arte latrocinandi vetus es ac nobilis gladiator, nam & ea quæ vir ſatis eruditus Bernardinus Merula in Vitruvium commentatus erat, tibi adſcripſiſti, multiſque nugis additis, jactabas te juſta in Vitruvium commentaria conſcripſiſſe. Quod cum Bibliopolæ cuidam omnium literarum ignaro perſuaſiſſes, aureos ab eo pluſquam quinquaginta recepiſti. Donec tandem detectis dolis tuis, non ſine ſumma ignominia repulſus es.

Sciſne me de rebus mihi notiſſimis verba facere? quid in eo volumine in quo de Galliæ Ciſalpinæ rebus antiquis tractas? nonne ſiquid eſt boni, id totum Alciato noſtro ſurripuiſti? Nam cum ille vere divinus vir, præter cetera multa omni diſciplinarum genere referta opera, unum etiam de antiquitatibus opus conſcripſiſſet, ex eo tu quidquid ad rem tuam faciebat, ſurripuiſti; quam quidem injuriam ille jam pridem vindicaſſet, niſi tantum virum puderet, contra barbarum e trivio literatorem certamen ſuſcipere. Obſervate igitur hominem ſumma induſtria, juvenes, qui tamquam fucus quidam ignarus alienis ſemper laboribus inſidet.

MIRÆUS (Aubert.) notas in Henricum Gandavenſem exſcripſit ex Baronio atque Bellarmino. *Baillet Jugem. des Sçavans Tom.* II. *p.* 78.

MOLINÆUS (Carolus) ex Budeliano Codice deſcriptus eſt. *Teiſſer. Biblioth. Numm. part.* II. *p.* 467.

MYNSINGERUS (Joachimus) in Commentario ſuo ad inſtitutiones Juris deſcribit diſſimulato nomine Balduinum. Ex *Huber. Lib.* I. *c.* 4. *Digreſſ. Jur.* Montanus communicavit.

NEBRISSENSIS (Antonius) Commentaria ſua in *Perſii* Satyras deſcripſit ex veteri Scholiaſte *H. Ernſtius Obſervat. lib.* I. *c.* 7. 8.

NEANDER (Joannes) a Labbæo Plagiarius

rius dicitur *Teiſſer. Biblioth. p.* 124.

NICEPHORUS (Calliſth.) exſcribit Philoſtorgium tacito nomine. *Gothofred. Diſſert. p.* 14.

NIHUSIUS (Bartholdus,) multa ex Franciſci Veronii aliorumque Jeſuitarum lacunis hauſit. *Herm. Conringius Epiſtol. p.* 117.

NOVARINUS (Aloyſius) Plagiarius deſcribitur à J. B. *Carpzovio in notis ad Schikard. de Jure Reg. Hebr. p.* 317.

ORIBASIUS exſcribit Galenum. *Brown. de Error. Popular. c.* VI. *p.* 38. *comm. Montanus.*

ORIGENES multa ex Cornuto in ſtromateas ſuos tranſtulit. *Caſaubon. ad Perſii Sat.* V. *p.* 357.

OROSIUS multa ex Æthici coſmographia mutuatus eſt. *Barth. Adverſ.* 45. *cap.* 13.

PALEARIUS (Aonius) plagii accuſatur ac ſi ſua ex Cathaneo deſumſiſſet quo crimine ſe purgare annititur. *Lib.* 1. *Epiſt.* 3.

PAPIAS compilavit Iſidorum. Martinius in Lexico v. *Luminare.*

PEROTTUS, *qui ſine mentione auctorum exſcribere ſolet aliena.* Martinius in Lexico, in voce *Sarcina.*

PHAVORINUS ſua ex Oecumenio hauſiſſe videtur. *Suicerus Theſaur. Critic.* v. Ἀγαθωσύνη ex Suida & Heſychio. *Joh. Rhodius ad Scribonium Largum p.* 162.

PHI-

Philus (Emanuel) homo Græcus, totum fere opus ex Æliano deſumpſit. *Rhedus de inſectorum generat. p.* 88.

Pignorius (Laurentius) plagii accuſatur ab Octavio Rubenio *Analector de Re Veſtiaria cap.* XLVI.

Liber Pii, totus eſt furtivus ex Medulla deſtillatoria *Cunradi* (niſi & hic eo forte crimine laborat) *Penoti* tranſlatione & aliis, idque crimen eo deterius quo major impudentia & ingratitudo erga authores. *Epiſtol. Clariſſim. German. Medicor. ab Hornungo editar. Epiſt.* 52.

Pinedo (Thom. de) multa deſumpſit ex Hartungo, in notis ad Stephanum *Colomies Bibliotheque Choiſe. pag.* 47.

Pitseus (Joannes) plagiarius impudens Balæum fœde ſuppilavit. *ex Guil. Burton Græc. Ling. Hiſtor. p.* 55. *Citat. Voglerus Introd. Univerſ in Notit. ſcriptor. cap.* 22. *Morhof. Polyh. Literar. lib.* 1. *cap.* 18. *p.* 207. *Teiſſer. Bibliothec. pag.* 198.

Placidus ex Servio, Acrone, Porphyrione, ſua deſumpſit. *Joan. Camers in vita Solini.*

Plato ſua ex ſcriptoribus Hebræis transſcripſit *Theodoret. Serm.* 11. *p.* 31. unde Numenio obſervatum eſt quæcumque dixerit è Theologia Moſeos eſſe ſumpta. *Idem eod. Ser-*

Sermone p. 37. Vide etiam *Sermon.* VI. *p.* 90. Timæum vero ſuum ex Ocello Lucano tranſ- ſcripſiſſe dicit *Barthius Adverſar. Lib.* 11. *c.* 1.

PLINIUS ſua ex Dioſcoride tranſtulit. *Joan. Camers in vita Solini.* Cum Salmaſio eum defendit Joan.Raius in Catalogo Auctorum Hiſt. Plant. prom. Exſcribit Valerium Maximum. *Rupertus ad Pompon. de Origin. Juris. p.* 348. Communicavit Montanus.

PLOTINUS multa ex ſacris literis compilavit. *Theodoret Serm.* VI. *p.* 96. ex ed. Sylburgii.

POLYÆNUM obſervamus pene ad verbum multa ex graviſſimo ſcriptore (Plutarcho) ſcripſiſſe, aut aliis certe, unde prior Plutarchus ſumſerat; quod mihi quidem ſit veroſimilius, quum pæne coævi Plutarchus & Polyænus fuerint. *Caſaubon. ad Polyænum. pag.* 727.

POLYBIUS. Hunc a Plagio vendicat *Henr. Valeſius in Notis ad Excerpt. Porphyrogen. p.* 5.

PORPHYRIONI Horatii interpreti quæ dantur ſunt alicujus Doctoris Plagiarii *Cruquius ad Sat.* 3. *l.* 2. *Horatii. p.* m. 443.

PORPHYRIUS è ſacris litteris, quæ ſibi collibuit ſuffuratus, nonnullis inde ſententiis ſua monumenta interſitis, poſthabuit veritatem perdiſcere. Simiuſque dumtaxat imitator

tator permanſit, vel ut verius dicam, graculus quidam fuit alienis plumis excultus. *Theodoret. Serm.* VII. *p.* 108.

PORPHYROGENETA (Iſaacius) characteres ſuos è Dicty deſcripſit. *Rutgerſius Variar. Lect. l.* 5. *c.* 20. *p.* 510. *Leo Allatius de patria Homeri. c.* 4. *pag.* 61.

Dionyſii interpres ſive PRISCIANUS ſive Rhemnius is fuit, multa ex Solino deſcripſit. *Joannes Camers in vita Solini.*

PULMANUS (Theodorus) arat vitula Turnebi. *Guil. Saldenus de libris pag.* 103.

RABANUS Maurus exſcripſit Iſidorum Hiſpalenſem. *Voſſius de Trib. Symbol. diſſert.* I. §. XX.

RADERUS (Matth.) exſcribit Tiraquellum de Nobilitate. Ex Freinshemii indice *Samuël Pitiſcus in præfat. in Curtium.*

RADEVICUS de Friderico I. l. 2. c. ultim. epiſtolam. 2. lib. I. Sidonii Apollinaris, pene omnem exſcribit. *Savaro ad Epiſt.* 2. l. I. *Apollinaris p.* 7.

RAMUS (Petrus) ipſius Mathematica ſola bona, ſed ipſe non eſt Autor *Scaligeran. pag.* 289. *Voetius Diſputation. Selectar. Tom.* III. *pag.* 686.

RAMIRESIUS (Laurentius) Pentecontarcum deſumpſit a Franc. Sanctio Brocenſi. *Bailletus Jugem. des ſçav. p.* 225. *part. ſecond. de*

Sermone p. 37. Vide etiam *Sermon.* VI. *p.* 90. Timæum vero ſuum ex Ocello Lucano tranſ-ſcripſiſſe dicit *Barthius Adverſar. Lib.* 11. *c.* 1.

PLINIUS ſua ex Dioſcoride tranſtulit. *Joan. Camers in vita Solini.* Cum Salmaſio eum defendit Joan. Raius in Catalogo Auctorum Hiſt. Plant. prom. Exſcribit Valerium Maximum. *Rupertus ad Pompon. de Origin. Juris. p.* 348. Communicavit Montanus.

PLOTINUS multa ex ſacris literis compilavit. *Theodoret Serm.* VI. *p.* 96. ex ed. Sylburgii.

POLYÆNUM obſervamus pene ad verbum multa ex graviſſimo ſcriptore (Plutarcho) ſcripſiſſe, aut aliis certe, unde prior Plutarchus ſumſerat; quod mihi quidem ſit veroſimilius, quum pæne coævi Plutarchus & Polyænus fuerint. *Caſaubon. ad Polyænum. pag.* 727.

POLYBIUS. Hunc a Plagio vendicat *Henr. Valeſius in Notis ad Excerpt. Porphyrogen. p.* 5.

PORPHYRIONI Horatii interpreti quæ dantur ſunt alicujus Doctoris Plagiarii *Cruquius ad Sat.* 3. *l.* 2. *Horatii. p.* m. 443.

PORPHYRIUS è ſacris litteris, quæ ſibi collibuit ſuffuratus, nonnullis inde ſententiis ſua monumenta interſitis, poſthabuit veritatem perdiſcere. Simiuſque dumtaxat imitator

tator permanſit, vel ut verius dicam, graculus quidam fuit alienis plumis excultus. *Theodoret· Serm.* VII. *p.* 108.

PORPHYROGENETA (Iſaacius) characteres ſuos è Dicty deſcripſit. *Rutgerſius Variar. Lect. l.* 5. *c.* 20. *p.* 510. *Leo Allatius de patria Homeri. c.* 4. *pag.* 61.

Dionyſii interpres ſive PRISCIANUS ſive Rhemnius is fuit, multa ex Solino deſcripſit. *Joannes Camers in vita Solini.*

PULMANUS (Theodorus) arat vitula Turnebi. *Guil. Saldenus de libris pag.* 103.

RABANUS Maurus exſcripſit Iſidorum Hiſpalenſem. *Voſſius de Trib. Symbol. diſſert.* 1. §. xx.

RADERUS (Matth.) exſcribit Tiraquellum de Nobilitate. Ex Freinshemii indice *Samuël Pitiſcus in præfat. in Curtium.*

RADEVICUS de Friderico I. l. 2. c. ultim. epiſtolam. 2. lib. I. Sidonii Apollinaris, pene omnem exſcribit. *Savaro ad Epiſt.* 2. l. I. *Apollinaris p.* 7.

RAMUS (Petrus) ipſius Mathematica ſola bona, ſed ipſe non eſt Autor *Scaligeran. pag.* 289. *Voetius Diſputation. Selectar., Tom.* III. *pag.* 686.

RAMIRESIUS (Laurentius) Pentecontarcum deſumpſit a Franc. Sanctio Brocenſi. *Bailletus Jugem. des ſçav. p.* 225. *part. ſecond. de*

Tom. ſecond. Sed non diſſimulandum quoque, eum multa denuo inculcare, quæ jam notata ab aliis & obſervata, auctoribus celatis; quod vitium ei commune eſt cum Marcilio. *Scaliger. ad Petr. Scriver. p.* 167.

RHODIGINUS (Cælius) locum Ori Apollinis non addito, more ſuo, auctoris nomine in ſuas Antiquarum Lectionum farragines transſcribit. *Hadr. Junius. Animadv.* L. I. c. I. ſublegit Muretum, uti conqueritur Variar. Lect. L. III. c. 13 & 17. tueri Rhodiginum conatur *Guil.* Saldenus *de libr. p.* 154.

RIVETUS (Andreas) Criticam ſuam ſacram ex Poſſevino, Bellarmino, aliiſque ſcriptoribus Pontificiis exſcripſiſſe dicitur ex Labbeo Apologia pro virgine Maria multa habet ex ſermonibus XXI. Cornelii de Snekis de virgine Maria & ex Mariali Jacobi de Voragine. *Montanus communic.* refert *Baillet Jugem. des ſçavans Tom.* II. *pag.* 96.

ROLANDUS Parmenſis quatuor ſuos Chirurgicos libellos ex Rogerio cumprimis tranſſcripſit. *Conringius Epiſtol.* XI. *pag.* 99.

Anno 1590. RUDIUS (Euſtachius) opus quoddam edidit, quod de humani corporis affectibus dignoſcendis, prædicendis, curandis, & conſervandis librum primum inſcripſit, illumque Sereniſſ. Senatui Veneto per ſummam impudentiam dicavit. Hunc librum

librum cum docti aliquot medici legiſſent, qui H. Capivaccii auditores fuerant, ſanctiſſime affirmarunt, Rudium alienis ornatum plumis in hominum conſpectum prodiiſſe, illiuſque libri omnia à Capivaccio ſuffuratum eſſe: &c. *Theodor. Angelutii Bactria.* I. *plag.* IV. *p.* 10.

Sallustius multa à Græcis mutuatur, quod & Quintilianus affirmat. *Aldus Manutius ad Salluſt. pag.* 392. in Bell. Iugurthin. cap. 29. *dein poſtera die* &c. Hæc verba ex Oratione Lælii, apud Feſtum in hanc Hiſtoriam tranſtuliſſe multaque alia à veteribus ſumſiſſe apparet, ut non ſine cauſa olim hoc Epigrammate eum inceſſerint.

Et verba antiqui multum furate Catonis
Criſpe, Iugurthinæ conditor Hiſtoriæ.

Cyprian. Popma in Saluſt. p. 435. ed. Gruter.

Salmasius (Claudius) notas ad Rhodii aras deſcripſit ex Holobolo Rhetore *Colomeſ. Opuſcul. pag.* 138. *Iſaacus Voſſius ad Pomponium Melam p.* 213. 214. multa ex Savarone deſcripſit *Colomeſ. Opuſculor. c.* 7. in libro de annis climactericis anonymum de limitibus deſcribit. *Goeſius* in Indice in Scriptores Rei Agrariæ. v. *Fundus* Sed eſt acrior Salmaſii cenſor Goeſius uti patet in v. *Groma, inſtructura, materia, Saltus, Subruncivi limites, Tetrans, Tortus, Varatio Fluminis, Via conſularis.* ſuſpectus eſt Bailleto ac ſi notas in Tertullianum de Pallio

ex ſoceri Ioſiæ Merceri [Notis ineditis de-ſcripſiſſet. *Seconde partie du Tome ſecond. p.*365.

Sanderus (Antonius) in libris de ſcriptoribus Flandriæ multa exſcripſit ex Dionyſii Harduini libro de ſcriptoribus Flandriæ inedito. *Teiſſerus Biblioth. p.* 72. *Valer. Andreas Biblioth. Belgic. p.*185.

Sarisberiensis (Joannes) multa ex Apulejo deſumpſit. *Colvius in notis ad libr. de Dogm. Platon.*

Sasboldus (Adamus) culpatur ac ſi in Paulinas Epiſtolas Commentaria ſua e Joanne Haſſelio delegiſſet ſed defenditur a Voſmero. *Valer. Andr. Bibl. Belg. p.* 4.

Scaliger (Julius Cæſar) ſua ex Gyraldo exſcripſit, licet idem dicat, ipſum excuſat. *Leo Allatius de patria Homeri. cap.* XV. *p.*275. ex Joanne Leone. Voſſius apud *Saldenum de libris p.*155.

Scaliger (Joſephus Juſtus) emendationem Gyraldi in Tibullum ſuo quaſi jure occupavit. *J. Gebhardus in Tibull. el.* 5. *l.* 2. Notas in Manilium à cl. viro Junio Ger. Joan. Voſſii ſocero: *Voſſius Ep.* XXIV. *p.* 73. *a* Idem Epiſt. LXV. pag. 105. *Sed tantam*, inquit, *licentiam probare non poſſum, non magis quam candorem, cum diſſimulat quæ in antiquis Varronis codicibus inveniſſet. Et cui perſuaſerit, ſe in Feſto corrigendo, non uſum eſſe ſchedis Laeti dum ita ſupplet quæ deſunt, prout in iis ſæpe ſchedis legebatur? Non hæc candidi animi fuere:*

De

De Notis ad Priapeia; ad Auſonium, ad amorum triumviros dicere nolo. De Manilio illud dicere contentus ero, complura Junium ita in eo ſcriptore correxiſſe, prout Scaliger in editione poſtrema emendavit. Scio, ait Scaliger, ſe ita reperiſſe in codice Gemblacenſi. Sed quid ſi is obiiſſet, ante repertum eum codicem? Eo ne peccaſſet, qui ex Palatino codice genuinam lectionem Reipublicæ literariæ indicaret. Vaticinari Junius potuit, fore, ut Scaliger eadem poſtea, & meliora in Gemblacenſi cod. reperiret? &c.

Scioppius (Caſpar) compilavit ſcrinia Oberti Gifanii *Caſaub. Epiſtol.* 702. *pag.* 890. ed. Grævii.

Schola Salernitana Æmilium Macrum, qui de virtutibus herbarum ſcripſit, variis in locis ſequi amat, imo quandoque integros ex eo verſus exſcribit: uti ex iis videre eſt, quæ utrique prodita de Abſynthio, Hyſſopo, & aliis. *Voſſius de Poëtis Latinis cap.* 2. *pag.* 28.

Scholiastes Homeri exſcribit Apollodorum. *TH. Gale in notis in Apollodor.* pag. 37. & in L. 3. pag. 64.

Scholiastes (Pindari) prope compilat Apollodorum. *Schubartus de Diluvio Deucalionis. p.* 53.

Schottus (Andreas) Catalogum Auctorum qui de numiſmatibus ſcripſerunt ex Hul-

ſiano depromptum. *Teiſſer Bibliothec. p.* 439.

Seldenus exſcripſit Scaligerum; *Colomies Bibliothèque Choiſie p.* 197.

Severus (Sulpitius) ſæpe tranſſcribit Tacitum. *Iſaac. Pontan. ad Macrob. Saturn. L.* vii. *cap.* viii.

Sigonius (Carolus) faſtos ſuos è marmoribus confecit & ſupplevit. *Franc. Robortell. de Conven. ſupputation. Livianæ.* cap. vi. pag. 37. part. ii. *Theſauri Critici.* Idem cap. xxxiii. pag. 57. *Uter noſtrum prudentius egit Sigoni. Ego, ne repeterem, quæ ab aliis ante me dicta fuerunt, ita ſcripſi. Tu quæ ab aliis, & imprimis a me fuerunt ex Græcis autoribus prolata, omnia repetis, & profers quaſi à te primum inventa.* Vide & cap. xxxiv. pag. 59.

Simocrates in tractatu de Nilo exſcribit Diodorum Siculum. *Breun. de errore Popul. cap.* vi. *pag.* 38. communicavit Montanus.

Solinus Plinii plagiarius vocatur ab *Hadriano Junio. Animadverſ. L.* i. *c.* 6.

Sophocles in Oedipode ſuæ Fabulæ diſpoſitionem ac Verſuum exemplum deſumpſit ex Calliæ Athenienſis tragædia. *Athen. Deipnoſ. L.* vii. *cap.* i. *pag.* 276.

Sosipater Cariſius exſcripſit Cajum Julium de Analogia. *Jacob Nicol. Loenſ. Miſcell. Epiph. L.* 4. *cap.* 12.

Statileius (Marinus) Tragurienſis, dici-

dicitur Fragmentum Petronii Tragurii inventum compilaſſe ex Suetonio, Apuleio, emendationes vero ex Grutero, Douſa, Tornæſio, Scaligero, Caſaubono, teſte *Joh. Chriſtoph. Wagenſeilio Diſſertat. de Fragm. Petronii Traguriano pag.* 155. 157. 158. 159.

Stephanus de urbibus ſua ex Euſebio. *Scaliger. Anim. in Euſeb. pag.* 29.

Stephanus (Henricus) edidit ſuo nomine Joannis Aurati verſionem Anacreontis. *Colomeſ. Opuſcul. p.* 109. Emendationes Lud. Carrionis in Agellium tamquam ſuas *Phil. Caroli Animadv. in Agell. L.* 1. *c.* 6. *Anim.* 3.

Stesichorus multa ex Xantho mutuatus eſt. *Rutgerſius Variar. Lect.* 1. 7.

Stobæus (Joannes) Eclogas ſuas collegit ex Harpocratione Argivo Platonico philoſopho. *Mauſſacus de Criticis Harpocrationi ſubjuncta Diſſert. pag.* 373.

Suidas multa ex Conſtantino Porphyrogenetæ collectaneis transſcripſit. *Henricus Valeſius in Præf. ad Lector. Excerptor. Polyb. &c.* Artemidorum exſcribit in voce φοῖνιξ. *Conſalus Ponce de Leon in Notis ad Epiphan. Phyſiolog. cap.* XI.

Sylvius (Jacobus) ſuas commentationes in Meſuen è Manardo deſcripſit. Ita Henricus Smetius Miſcell. Medic. L. I. Ep. X. pag. 47. *Quare viderit Sylvius ut ſe tueri poſſit qui Paulum,*

lum minus vere citarit, niſi fortaſſis nimium credulus Manardo fuiſſe videri queat, cujus annotationes in Meſuæi ſimplicia, fere pleraſque transſcribit.

SYMMACHUS ſua ex Capitolino. *Caſaubonus ad Juli Capitolin. Maximin. duo. c. 5.*

SWEERTIUS (Franciſcus) majorem partem Catalogi ex Valerii Andreæ Bibliotheca exſcripſit. *Teiſſer. Catalog. Auctor. pag.* 93. Qui hæc è Valerii Bibliotheca pag. 244. deprompſit.

TERTULLIANUS librum Juſtini Martyris contra Tryphonem totum deſcripſit, & aliquid addidit de ſuo non tamen melius quam alii: *Scaligeran.* v. *Tertullianus* ex communicatione Montani.

THEODORETUS ſolet ſequi Euſebium. *Kuhnius ad Ælian. Var. Hiſt.* 11: 31.

THEODORUS Vallis Privemenſis, Dionyſii de Occillis Neapolitani, librum *Cornica della provincia Oſſervanti del Regno di Napoli, dell' ordine de Predicatori*, pro ſuo edidit ſub titulo *breve compendio degli più illuſtri Padri della Provincia del Regno di Napoli.* Teiſſer. Catalog. Autorum & Bibliothec. v. *Dionyſius de Ocillis.* pag. 72.

THEODORUS (Jacobus) Tabernæ Montanus ſuum Herbarium ex Matth. l'Obelii adverſariis transſcripſit· *Matth. de l'Obel. Præfation. ſtirpium Illuſtration.* ed. Lond. 1655. *&* p. 2. 34. 111.

THEO-

THEOPHYLACTUS Chryſoſtomi vitula arare erat ſolitus. Schoockius de Præciſion, p. 130. Communicavit Montanus.

TOMASINUS (Philipp. Jacobus) edidit Elogia Virorum Illuſtrium, quæ compoſuerat Joannes Rhodius. *Colomeſ. Opuſcul. varior. pag.* 102. elegans locus apud *Reineſ. in Epiſtol. ad Hofm. & Rupert. Epiſt.* 44. *pag.* 37.

TURNEBUS (Adrianus) à Dionyſio Lambino plagii accuſatur, ſed optime eum defendit J. Lipſius *Epiſtolic. Quæſt. L.* v. *Epiſt.* 17. Non eſt ſolus, ut fertur, auctor collectionis *Autorum de Limitibus*, ſed adjutus eſt, à Petro Caſtellano. *Baluzius in Præf. vitæ Caſtellani præfixa.*

TURSELINUS (Horatius) librum ſuum de particulis Linguæ Latinæ ex Godeſchalci Stewechii libro de particulis Linguæ Latinæ exhauſit. *Voetius Diſputat. Selectar. Tom.* III. *pag.* 686.

TYBBON (R. Aben) elegantiſſimum libellum de rebus Phyſicis fere tranſſcripſit ex libris Moſis Ben Maimon. *Caſaubon. ad Capitolin. Gordian. tertium cap.* 31.

TZETZES in Commentariis in Lycophronem exſcribit ſæpe Apollodorum. *Th. Gale in Notis in Apollod. L.* 1. *pag.* 29. 30. *Lib.* 2. 37. 41. 52. *L.* 3. *pag.* 26. 98.

VALKENIER (N.) Romam ſuam Pagani-

zantem ex Forbeſii Inſtructionibus Hiſtorico-Theologicis compilavit. *D. Flud. à Giffen in Ezechiel. Comment. cap. 6. pag.* 85.

Varro interpretatur ſolummodo Theophraſtum in multis locis. *Petr. Victor. in notis Varron. pag.* 17. 20. 21. 23. 29. Ariſtotelem. *Idem p.* 48. 50. 75. Quædam hauſit ex Apollodoro. *Th. Gale in notis in Apollod. L.* 3. *p.* 86. & 88.

Varus Tragœdiam à Virgilio confectam pro ſua recitavit. *Servius ad Virg. Ecl.* 3. ℣. 20.

Varus (Quinctus) dicitur è Caſſii Parmenſis libris *Thyeſtem* Tragædiam abſtuliſſe ac pro ſua edidiſſe. *Voſſius de Poëtis Latinis cap.* 2. *p.* 24.

Vegetius (Flavius) caput III. lib. III. De re veterinaria, quod eſt de cruditate boum, verbotenus deſcripſit ex Columellæ lib. VI. cap. VI. indicante *H. Mercuriali lib.* VI. *Variar. Lect. c.* II. *Pignorius Symbol. Epiſtolicar. Epiſtol.* XXXI. dicit Vegetium pene totum Columellam deſcripſiſſe.

Vinetus (Elias) variantes Lectiones Scaligeri in Auſonium in ſuas diatribas transſcripſit. *Scalig. Epiſtol. l.* 4. *ep.* 199. *p.* 439.

Virgilius ex Xenophontis libro Oeconomico multa tranſtulit in Georgica, ut & de Georgicis Magonis Afri, Catonis, Varronis, Ciceronis quoque libro tertio Oeconomicorum, qui agriculturam continet. *Serv. ad Virg.*

Virg. Georg. l. I. ℣. 43. multa ex Lucretio. *Scaligeran. prima*, v. *Lucretius.*

VIRGILUS (Polydorus) Ejus extant Hiſtoriæ Anglicæ lib. 27. Sed ipſe in eo plagii accuſatur, ſcriptiſque *Lelandi* doctiſſimi inter Anglos Viri magnopere adjutum dicunt cujus nomen tamen reticuit, quamobrem & à Fullero non illepido Carmine petitur, quo illum aperte & alium recentiorem (forſan *Camdenum* intelligit) quem lectoris conjecturæ ſe committere dicit, occultius illati Lelando plagii accuſat, *Church Hiſtory of Engeland Cent.* XVI. *L.* v. *Sect.* 3. §. 53. Beccman. in Hiſt. Orb. Terrar. p. 555. *Montanus communicavit.*

VOSSIUS (Gerard. Joan.) innumera ex Martinio deſumpſit auctoris nomine diſſimulato. *Menag. Amœnit. Jur. Civil. cap.* 39. *p.* 428. Quod è Scioppio & Sanctio deſcripſerit multa ei exprobrarunt Pariſienſes ſed eum defendit Phorbæus. *Saldenus de libris p.* 155.

URBYN (Raphaël) totas imagines ex aliorum pictorum tabulis ſuis inſeruit. *Wilh. Goeree Menſch-kunde II. Hooft-ſtuk p.* 38. *uyt de Heer Jan Biſſchop.*

De F. URSINO Viro doctiſſimo lege Caſaubonum *Epiſt.* XII. *ed. J. G. Grævii. Hieronym. Mercurial. in appendic. ad caput* XI. *libri* I. *de Arte Gymnaſtica pag.* 77.

URSINUS Bericht vom Unterſcheid der

Reli-

Religionen heutiges Tags auff Erden. p. 11. c. 2. §. 50. agit de Habeſſinis, n. 1. Excerpſit *Confeſſionem Fidei Claudii Regis Æthiopiæ*, notaſque meas ad illam, quamvis me non nominaverit. *Jobus Ludolfus Comment. in Hiſtor. ſuam Æthiop p.* 18.

Wildius (Joh. Ulricus) S.S. Theologiæ D. in erudita ſua Diſputatione *de Eccleſia Æthiopica*, autores ſuos in margine paſſim notavit. Noſtris etiam notis ad *Confeſſionem Claudii Regis Æthiopiæ*, ſed non ſemper, eſt uſus. *Jobus Ludolfus Comm. in Hiſtor. ſuam Æthiopiæ pag.* 18.

Wouwerius (Joann.) Nugator: Ejus πολυμαθεία Caſauboni eſt plagium furtum. Wouwerio nihil eſt minus ruſticum, eſt minus quam quivis Gallus aut Italus. *C'eſt un grand plagiaire. Scaligeran. pag.* 255. Defendit vero Wouwerium *Jacobus Thomaſius V. Celeberr. in præfatione* Polymath. *Lipſiæ edit. præfixa.* Baudius Centur. 11. Epiſt. 3.

Zeillerus (Martinus) exſcripſit Voſſium. *Baillet, Jugem. des Sçavans Part.* 1. *Tom.* 11. *pag.* 217.

Zenobius in Adagiis more ſuo tota loca Apollodori exſcribit. *Thom. Gale in Notis in L.* 1. *Apollodor. p.* 3. *& p.* 17. 27.

Zonaras ſolet Dionis & Plutarchi ſcrinia compilare. *H. Valeſius in not. ad Polyb. & alior. Excerpt. p.* 82.

In-

Innominatorum.

*** Chronici Belgici ſcriptor ſua fere ex Beka ſumſit: *Arnoldus Buchelius in Notis ad Hiſtor. Epiſcopor. Ultrajectenſium Wilhemi Hedæ p.* 42.

*** Excerpta Chronologica Scaligeri ex Georgio Monacho Syncello. *Marsham. προκαταρ. Can. Chron. p.* 1.

*** Anonymus Commentator. in Optatum Milevitanum multa è Barthio in ſuas arculas conjeciſſe videtur. *Philippo Priorio* in Præf. *Optato Milevitano Præm.* ed. Pariſ. 1679.

---- Cowellum nequiter devoravit. *Henric. Spelmann. Præf. in Gloſſar. Archaiolog.*

——— Quæ autem ad illum locum adnotantur, partim ex Animadverſionibus ſunt deſcripta ad verbum, ut fere quicquid boni in illa farragine —— ſimile eſt quod Plutarchi locum emendat, cujus verba deſcripſit ex Animadverſionum libro ſecundo ubi totidem literis habetur. *Iſaacus Caſaubon. in notis ad Flav. Vopiſc. Carinum. Imperat. p.* 798. *Tom.* 11. *ed. Lugd.*

---- Quid quod hæc emendatio viro doctiſſimo nuper adeo placuit, ut eam in ſuis in hos Tullii libros annotationibus, quæ poſtremo prodierunt, pro ſua ſit habere dignatus, quaſi eam à nobis mancipio, non uſu

uſu accepiſſet. *Guilielm. Canterus Novar. Lection. L.* 1. *c.* 4.

——— Hæc jam ante multos annos in Codice meo caſtigaram, quem poſtea peregrinatione à me ſuſcepta, dum domo abſum, ſororis meæ maritus Gulielmus Goeſius, vir Ordinis apud Batavos noſtros Senatorii, typographis edendum tradidit. Ut mirer extitiſſe nuper, qui ſibi vindicaret hanc caſtigationem. *Nicol. Heinſius in notis in Lib.* 11. *Epiſtol. Politic. Ep.* V. ℣. 52.

——— Varias Lectiones legi, editas in Gallia nuper. Placet ingenium adoleſcentis; placet aliquot locis noſtri imitatio; ſi non furtum. Idem in libello. ——— quid dicam? *Lipſius Epiſt.* 2. *Cent.* 11. *Miſcell.*

——— Fuit non nemo qui cum de ſuppliciis Hebræorum capitalibus ageret hæc inter alia ſcripta reliquit, nulla Schickardi mentione facta, credo ne ſeductus, ſed ſuapte culpa lapſus crederetur. *I. B. Carpzovius in notis ad Schickard. de Jur. Reg. Hebr. p.* 249.

——— Quas linguas calleat, nec ſcio, nec ſcire deſiderem; in Latina frigidus affectator eſt; in Græca etiam ridiculus; in ceteris ſarcinator optimus, & hoc publice occantatum fuiſſe homini, cum de N. ſe venditaret, ex ipſo Reſpondente ejus cognovi, qui adfirmabat ſeriò, quendam opponentium, qui

ab

ab aliis fuiſſet ſubornatus, per ſingulas paginas plagii eum ſumma cum παῤῥησίᾳ accuſaſſe & conviciſſe. *Thom. Reineſ. Epiſt.* 54. *p.* 101. *ad Neſteros.*

—— Ego electorem (ſc. Epigrammatum Martialis) qui Radero ſurripuit quædam identidem & Farnabio ſibique vendicat omnia, condemnare non dubitabo plagii. *Franc. Vavaſſor. de Epigramm. cap.* 20. *p.* 271.

—— Dom. Baudius. Epiſtol. 67. lib. 1.

—— Æmilius Portus in Præfat. ad Lector. Thucydidi præm.

ADDENDA.

Aetius multa deſcripſit verbotenus ex Plutarcho. *H. Mercurial. Var. Lect. l.* 1. *cap.* 3.

Eustathius, in Odyſſ. tranſſcribit Æliani. cap. 29. l 2. Var. Hiſtor. obſervatore. *Kuhnio ad l. c.*

Macrobius quæ libro VII. cap. 8. Saturnal. habet de Iſiciis ex Alexandro Aphrodiſienſi mutuavit. *H. Mercurial. Var. Lect. l.* 1. *c.* XI.

Manutius (Aldus Paulli Filius) præter varias lectiones, quas ex multis Mſſ. hauſit, nihil de ſuo promit, aut perquam raro, ſed omnia deſcripſit ex Hieronymi Wolfii & Xyſti Betuley Notis in hos libros. Hoc equidem mirari non potui in homine Italo illius temporis, quo nondum conſenuerat laus optimarum artium & in

in tanti quidem viri filio; ſed id mirari deſii cum cogitarem olim a viris doctis hoc vitium exprobratum ei fuiſſe, qui obſervarant illum excantaſſe meſſem Joannis Rhellicani, ſive iſtius notas in Julium Cæſarem, verbatim decerpſiſſe, ac in ſua in eundem ſcriptorem Scholia bona fide, multa tamen Rhellicani mentione facta, tranſtuliſſe, Muſis & Gratiis non probantibus. *I. G. Grævius in præfatiòn. Ciceron. libb. de Offic. præm.*

IN PLAGIARIUM

Quendam Poëtam,

Qui ſua Nugarum titulo inſcripſit.

Nugas cur vocitas tuos libellos
Furum maxime litterariorum?
Tolle, peſſime, tolle, tolle furta
Redde vatibus improbas rapinas.
Totam, peſſime, paginam repone,
Candenti nive qua puella adurit,
Incauto juveni proterva pectus.
Totam, peſſime, paginam repone,

Qua

Qua de ſidereo venire Olympo
Fixum vulnere amor Deum cogit
Redde, peſſime, redde, redde furta.
Sincero, Aoniæ patri choreæ
Queîs Chriſtus queritur ſuos dolores.
Redde, peſſime, redde redde furta;
Redde vatibus improbas rapinas,
Furum maxime litterariorum.
Sic demum poteris tuos libellos
Inſulſos, fatuos, leves, inanes.
Veraci titulo vocare nugas.
At vos; ô Satyri, jocoſa turba
Si vos cura tenet ſacrûm virorum,
Cingunt queis hederæ comam ſequaces,
Vos, ô, vos decet improbas rapinas,
Et tot peſſima vindicare furta.
Hunc ergo plagiarium poëtam
Urtica truce terga morſicatum,
Vos permeiete mentulis caprinis;
Dum reddat lacer improbas rapinas.
Mox dein continua cacatione
Inſulſas, fatuas, leves, inanes,
Veras denique concacate nugas.

NICOLAUS GRUDIUS

NICOLAII.

Hendecaſ. *Lib.* 1. *pag.* 103.

lum minus vere citarit, niſi fortaſſis nimium credulus Manardo fuiſſe videri queat, cujus annotationes in Meſuæi ſimplicia, fere pleraſque transſcribit.

SYMMACHUS ſua ex Capitolino. *Caſaubonus ad Juli Capitolin. Maximin. duo. c.* 5.

SWEERTIUS (Franciſcus) majorem partem Catalogi ex Valerii Andreæ Bibliotheca exſcripſit. *Teiſſer. Catalog. Auctor. pag.* 93. Qui hæc è Valerii Bibliotheca pag. 244. depromſit.

TERTULLIANUS librum Juſtini Martyris contra Tryphonem totum deſcripſit, & aliquid addidit de ſuo non tamen melius quam alii: *Scaligeran.* v. *Tertullianus* ex communicatione Montani.

THEODORETUS ſolet ſequi Euſebium. *Kuhnius ad Ælian. Var. Hiſt.* 11: 31.

THEODORUS Vallis Privemenſis, Dionyſii de Occillis Neapolitani, librum *Cornica della provincia Oſſervanti del Regno di Napoli, dell' ordine de Predicatori*, pro ſuo edidit ſub titulo *breve compendio degli più illuſtri Padri della Provincia del Regno di Napoli.* Teiſſer. Catalog. Autorum & Bibliothec. v. *Dionyſius de Ocillis.* pag. 72.

THEODORUS (Jacobus) Tabernæ Montanus ſuum Herbarium ex Matth. l'Obelii adverſariis transſcripſit. *Matth. de l'Obel. Præfation. ſtirpium Illuſtration.* ed. Lond. 1655. *&* p. 2. 34. 111.

THEO-

Theophylactus Chryſoſtomi vitula arare erat ſolitus. Schoockius de Præciſion. p. 130. Communicavit Montanus.

Tomasinus (Philipp. Jacobus) edidit Elogia Virorum Illuſtrium, quæ compoſuerat Joannes Rhodius. *Colomeſ. Opuſcul. varior. pag.* 102. elegans locus apud *Reineſ. in Epiſtol. ad Hofm. & Rupert. Epiſt.* 44. *pag.* 37.

Turnebus (Adrianus) à Dionyſio Lambino plagii accuſatur, ſed optime eum defendit J. Lipſius *Epiſtolic. Quæſt. L.* v. *Epiſt.* 17. Non eſt ſolus, ut fertur, auctor collectionis *Autorum de Limitibus*, ſed adjutus eſt, à Petro Caſtellano. *Baluzius in Præf. vitæ Caſtellani præfixa.*

Turselinus (Horatius) librum ſuum de particulis Linguæ Latinæ ex Godeſchalci Stewechii libro de particulis Linguæ Latinæ exhauſit. *Voetius Diſputat. Selectar. Tom.* III. *pag.* 686.

Tybbon (R. Aben) elegantiſſimum libellum de rebus Phyſicis fere tranſſcripſit ex libris Moſis Ben Maimon. *Caſaubon. ad Capitolin. Gordian. tertium cap.* 31.

Tzetzes in Commentariis in Lycophronem exſcribit ſæpe Apollodorum. *Th. Gale in Notis in Apollod. L.* 1. *pag.* 29. 30. *Lib.* 2. 37. 41. 52. *L.* 3. *pag.* 26. 98.

Valkenier (N.) Romam ſuam Pagani-

zantem ex Forbeſii Inſtructionibus Hiſtorico-Theologicis compilavit. *D. Flud. à Giffen in Ezechiel. Comment. cap. 6. pag. 85.*

VARRO interpretatur ſolummodo Theophraſtum in multis locis. *Petr. Victor. in notis Varron. pag.* 17. 20. 21. 23. 29. Ariſtotelem. *Idem p.* 48. 50. 75. Quædam hauſit ex Apollodoro. *Th. Gale in notis in Apollod. L.* 3. *p.* 86. *&* 88.

VARUS Tragœdiam à Virgilio confectam pro ſua recitavit. *Servius ad Virg. Ecl.* 3. ℣. 20.

VARUS (Quinctus) dicitur è Caſſii Parmenſis libris *Thyeſtem* Tragædiam abſtuliſſe ac pro ſua edidiſſe. *Voſſius de Poëtis Latinis cap.* 2. *p.* 24.

VEGETIUS (Flavius) caput III. lib. III. De re veterinaria, quod eſt de cruditate boum, verbotenus deſcripſit ex Columellæ lib. VI. cap. VI. indicante *H. Mercuriali lib.* VI. *Variar. Lect. c.* II. *Pignorius Symbol. Epiſtolicar. Epiſtol.* XXXI. dicit Vegetium pene totum Columellam deſcripſiſſe.

VINETUS (Elias) variantes Lectiones Scaligeri in Auſonium in ſuas diatribas transſcripſit. *Scalig. Epiſtol. l.* 4. *ep.* 199. *p.* 439.

VIRGILIUS ex Xenophontis libro Oeconomico multa tranſtulit in Georgica, ut & de Georgicis Magonis Afri, Catonis, Varronis, Ciceronis quoque libro tertio Oeconomicorum, qui agriculturam continet. *Serv. ad*

Virg.

Virg. Georg. l. I. ℣. 43. multa ex Lucretio. *Scaligeran. prima*, v. *Lucretius*.

VIRGILUS (Polydorus) Ejus extant Hiſtoriæ Anglicæ lib. 27. Sed ipſe in eo plagii accuſatur, ſcriptiſque *Lelandi* doctiſſimi inter Anglos Viri magnopere adjutum dicunt cujus nomen tamen reticuit, quamobrem & à Fullero non illepido Carmine petitur, quo illum aperte & alium recentiorem (forſan *Camdenum* intelligit) quem lectoris conjecturæ ſe committere dicit, occultius illati Lelando plagii accuſat, *Church Hiſtory of Engeland Cent.* XVI. *L.* v. *Sect.* 3. §. 53. Beccman. in Hiſt. Orb. Terrar. p. 555. *Montanus communicavit.*

VOSSIUS (Gerard. Joan.) innumera ex Martinio deſumpſit auctoris nomine diſſimulato. *Menag. Amœnit. Jur. Civil. cap.* 39. *p.* 428. Quod è Scioppio & Sanctio deſcripſerit multa ei exprobrarunt Pariſienſes ſed eum defendit Phorbæus. *Saldenus de libris p.* 155.

URBYN (Raphaël) totas imagines ex aliorum pictorum tabulis ſuis inſeruit. *Wilh. Goeree Menſch-kunde II. Hooft-ſtuk p.* 38. *uyt de Heer Jan Biſſchop.*

De F. URSINO Viro doctiſſimo lege Caſaubonum *Epiſt.* XII. *ed. J. G. Grævii. Hieronym. Mercurial. in appendic. ad caput* XI. *libri* I. *de Arte Gymnaſtica pag.* 77.

URSINUS Bericht vom Unterſcheid der

Reli-

Religionen heutiges Tags auff Erden. p. 11. c. 2. §. 50. agit de Habeſſinis, n. 1. Excerpſit *Confeſſionem Fidei Claudii Regis Æthiopiæ*, notaſque meas ad illam, quamvis me non nominaverit. *Jobus Ludolfus Comment. in Hiſtor. ſuam Æthiop p.* 18.

Wildius (Joh. Ulricus) S.S. Theologiæ D. in erudita ſua Diſputatione *de Eccleſia Æthiopica*, autores ſuos in margine paſſim notavit. Noſtris etiam notis ad *Confeſſionem Claudii Regis Æthiopiæ*, ſed non ſemper, eſt uſus. *Jobus Ludolfus Comm. in Hiſtor. ſuam Æthiopiæ pag.* 18.

Wouwerius (Joann.) Nugator: Ejus πολυμαθεία Caſauboni eſt plagium furtum. Wouwerio nihil eſt minus ruſticum, eſt minus quam quivis Gallus aut Italus. *C'eſt un grand plagiaire. Scaligeran. pag.* 255. Defendit vero Wouwerium *Jacobus Thomaſius V. Celeberr. in præfatione* Polymath. *Lipſiæ edit. præfixa.* Baudius Centur. 11. Epiſt. 3.

Zeillerus (Martinus) exſcripſit Voſſium. *Baillet, Jugem. des Sçavans Part.* 1. *Tom.* 11. *pag.* 217.

Zenobius in Adagiis more ſuo tota loca Apollodori exſcribit. *Thom. Gale in Notis in L.* 1. *Apollodor. p.* 3. *& p.* 17. 27.

Zonaras ſolet Dionis & Plutarchi ſcrinia compilare. *H. Valeſius in not. ad Polyb. & alior. Excerpt. p.* 82.

In-

Innominatorum.

*** Chronici Belgici ſcriptor ſua fere ex Beka ſumſit: *Arnoldus Buchelius in Notis ad Hiſtor. Epiſcopor. Ultrajectenſium Wilhemi Heda p.* 42.

*** Excerpta Chronologica Scaligeri ex Georgio Monacho Syncello. *Marsham. προ-καζον. Can. Chron. p.* 1.

*** Anonymus Commentator. in Optatum Milevitanum multa è Barthio in ſuas arculas conjeciſſe videtur. *Philippo Priorio* in Præf. *Optato Milevitano Præm.* ed. Pariſ. 1679.

----- Cowellum nequiter devoravit. *Henric. Spelmann. Præf. in Gloſſar. Archaiolog.*

——— Quæ autem ad illum locum adnotantur, partim ex Animadverſionibus ſunt deſcripta ad verbum, ut fere quicquid boni in illa farragine —— ſimile eſt quod Plutarchi locum emendat, cujus verba deſcripſit ex Animadverſionum libro ſecundo ubi totidem literis habetur. *Iſaacus Caſaubon. in notis ad Flav. Vopiſc. Carinum. Imperat. p.* 798. *Tom.* 11. *ed. Lugd.*

----- Quid quod hæc emendatio viro doctiſſimo nuper adeo placuit, ut eam in ſuis in hos Tullii libros annotationibus, quæ poſtremo prodierunt, pro ſua ſit habere dignatus, quaſi eam à nobis mancipio, non uſu

uſu accepiſſet. *Guilielm. Canterus Novar. Lection. L.* 1. *c.* 4.

——— Hæc jam ante multos annos in Codice meo caſtigaram, quem poſtea peregrinatione à me ſuſcepta, dum domo abſum, ſororis meæ maritus Gulielmus Goeſius, vir Ordinis apud Batavos noſtros Senatorii, typographis edendum tradidit. Ut mirer exſtitiſſe nuper, qui ſibi vindicaret hanc caſtigationem. *Nicol. Heinſius in notis in Lib.* 11. *Epiſtol. Politic. Ep.* v. ℣. 52.

——— Varias Lectiones legi, editas in Gallia nuper. Placet ingenium adoleſcentis, placet aliquot locis noſtri imitatio, ſi non furtum. Idem in libello. —— quid dicam? *Lipſius Epiſt.* 2. *Cent.* 11. *Miſcell.*

——— Fuit non nemo qui cum de ſuppliciis Hebræorum capitalibus ageret hæc inter alia ſcripta reliquit, nulla Schickardi mentione facta, credo ne ſeductus, ſed ſuapte culpa lapſus crederetur. *I. B. Carpzovius in notis ad Schickard. de Jur. Reg. Hebr. p.* 249.

——— Quas linguas calleat, nec ſcio, nec ſcire deſiderem; in Latina frigidus affectator eſt; in Græca etiam ridiculus; in ceteris ſarcinator optimus, & hoc publice occantatum fuiſſe homini, cum de N. ſe venditaret, ex ipſo Reſpondente ejus cognovi, qui adfirmabat ſeriò, quendam opponentium, qui

ab

ab aliis fuiſſet ſubornatus, per ſingulas paginas plagii eum ſumma cum παῤῥησίᾳ accuſaſſe & conviciſſe. *Thom. Reineſ. Epiſt.* 54. *p.* 101. *ad Neſteros.*

——— Ego electorem (ſc. Epigrammatum Martialis) qui Radero ſurripuit quædam identidem & Farnabio ſibique vendicat omnia, condemnare non dubitabo plagii. *Franc. Vavaſſor. de Epigramm. cap.* 20. *p.* 271.

——— Dom. Baudius. Epiſtol. 67. lib. 1.

——— Æmilius Portus in Præfat. ad Lector. Thucydidi præm.

ADDENDA.

Aetius multa deſcripſit verbotenus ex Plutarcho. *H. Mercurial. Var. Lect. l.* 1. *cap.* 3.

Eustathius, in Odyſſ. tranſſcribit Æliani. cap. 29. l 2. Var. Hiſtor. obſervatore. *Kuhnio ad l. c.*

Macrobius quæ libro vii. cap. 8. Saturnal. habet de Iſiciis ex Alexandro Aphrodiſienſi mutuavit. *H. Mercurial. Var. Lect. l.* 1. *c.* xi.

Manutius (Aldus Paulli Filius) præter varias lectiones, quas ex multis Mſſ. hauſit, nihil de ſuo promit, aut perquam raro, ſed omnia deſcripſit ex Hieronymi Wolffii & Xyſti Betuley Notis in hos libros. Hoc equidem mirari non potui in homine Italo illius temporis, quo nondum conſenuerat laus optimarum artium & in

Qua de ſidereo venire Olympo
Fixum vulnere amor Deum cogit
Redde, peſſime, redde, redde furta.
Sincero, Aoniæ patri choreæ
Queîs Chriſtus queritur ſuos dolores.
Redde, peſſime, redde redde furta;
Redde vatibus improbas rapinas,
Furum maxime litterariorum.
Sic demum poteris tuos libellos
Inſulſos, fatuos, leves, inanes.
Veraci titulo vocare nugas.
 At vos; ô Satyri, jocoſa turbâ
Si vos cura tenet ſactûm virorum,
Cingunt queis hederæ comam ſequaces,
Vos, ô, vos decet improbas rapinas,
Et tot peſſima vindicare furta.
 Hunc ergo plagiarium poëtam
Urtica truce terga morſicatum,
Vos permeiete mentulis caprinis;
Dum reddat lacer improbas rapinas.
Mox dein continua cacatione
Inſulſas, fatuas, leves, inanes,
Veras denique concacate nugas.

NICOLAUS GRUDIUS

NICOLAII.

Hendecaſ. *Lib.* 1. *pag.* 103.

HADRIANUS MARIUS NICOLAUS;

De Libellis ſuis per

ARNOLDUM COBELIUM,

à PLAGIARIO revindicatis.

MUſæ deliciæ meæ juventæ,
Quas propter mihi dulcis ipſa vita eſt,
Si me unum cupitis beatiorum
Muſæ reddere, & effugare mentis
Ingratæ vitium a meis libellis,
Arnoldi officium pium Cobeli
Quo me reſtituit mihi, patentem
Multis dicite millibus per orbem,
Et longe quoque ſeculis futuris
Noteſcat facite, ut magiſque
Ereptos mihi qui meos libellos
Sceleſto a plagiario fideli.
Remiſit ſtudio revindicatos,
Miſello velut unicam parenti
Quam leno malus abſtulit puellam,
Et longe parat ire proſtitutum
Si quis reſtituat revindicatam.
Namque filia blanda quod parenti
Hoc & plus mihi ſunt mei libelli,
Quos vos purpureis Deæ labellis
Dictaſtis mihi, tuque Amor Venuſque.

At

At vos dulciculi mei libelli
Quî nam, dicite quæſo, ſervitutem
Prædonis plagiarii tuliſtis?
Quid vobis animi fuiſſe credam,
Cum vos abdidit in ſuam cavernam;
Inter putidulos ſuos libellos?
At quam tunc animi nihil fuiſſet
Cum ſub nomine furis ire vacuum
Eſſetis miſerabiles coacti?
An non dulce magis mori fuiſſet
Æternumve premi nigris tenebris?
At vos nunc opera mei ſodalis
In juſtam miſeramque ſervitutem
Erupiſtis, & ad patrem rediſtis
Qui, ni fallitur impotente amore,
Forſan ſecla futura vos videbunt,
Et Doctorum hominum manus teretis;
Quarum tunc aliquis fidele cœlo
Tollens officium boni ſodalis,
Execrans plagiarium ſodalem,
Deo haud irrita vota nuncupabit;
Huic ut terra gravis, levis ſit illi;
Nomen illius ut recente fama
Multa in ſecula vividum feratur:
Hic ſuo neque ſeculo, ſuiſque
Notus civibus haud ſit, & propinquis,
Verum nocte nigerrima prematur.

Epigr. Lib. pag. 55.

HENRICI A SYPESTEYN DE PLAGIARIIS EPISTOLA

AD

Clariſſimum Virum.

TH. J. ab ALMELOVEEN.

AMICUM VETEREM,

CLARISSIME VIR.

AB eo tempore quo ſimul fuimus in eodem ſtudiorum curriculo ſub diſciplina incomparabilium virorum GRÆVII atque FRISII ſemper idem convictus, idemque literarum ardor indiſſolubili vinculo nos ambos ita copulavit, ut morum atque voluntatis utriuſque ſimilitudo viſa fuerit quaſi unam mentem in duobus diviſiſſe

viſiſſe, inde ſæpius domeſtica ſtudia atque etiam publica nos ſimul exercuerunt, feceruntque quæ bono conſilio atque exemplo ab altero erant inſtituta ab utroque probari; Idem affectus denuo movet nos calculum adjicere iis, quæ notaſti de Plagiariis, atque Symbolam meam conferre ad veſtrum Syllabum: Non enim potui vel fidem promiſſi frangere, vel deſideriis tuis deeſſe, ſi velim eas antiquæ conſuetudinis leges ſervare. Habent viri docti in quibus exercent ſua ingenia plurimas, quas ſibi proponunt diſſerendi materias, in quibus & quæ dici poſſunt de Plagiariis non exiguum, apud tantam Scriptorum ætatis noſtræ molem, fructum inveniunt. Numerum eorum ſatis inſignem omnibus viris literatis maxime acceptum nobis dediſti. Quo unuſquiſque evolvendis exemplaribus ſcriptoris genium poſſit cognoſcere, atque quæ illius, quæ alterius ſunt diſcernere. Potuiſſemus jam dudum pluribus libris carere, quarum novitas ſæpiſſime in mutato nomine aut verbis conſiſtit, ſi illud deſcribendi artificium ignoraſſent plurimi, vel illud detegendo magis viri eruditi deſudaſſent. Pertinet profecto ad bonam inſtitutionem & recte formanda ſtudia, ubi tale veſtrum conſilium nos ducat ad ipſos fontes, unde deſumta eſt hæc mutuo accepta eruditio, atque conſtat auctoribus ſua

 digni-

dignitas, & vindicatur eorum pretium juſtiſſime, quando qui aliena ſurripuerunt plagii nomine tanquam digniſſima pœna plectantur. Hoc autem Plagium ſtatim dicendum non eſt, quod ex auctoribus colligitur ad probandam aliquam veritatem teſtimonium, aut ſententiarum quæ bene ab aliis uſurpatæ ſunt repetitio, aut etiam alterius cujuſdam operis, modo adſit genuini parentis proprium nomen in lucem productio, quod vel ingenue ab iis fieri poteſt, qui minima furti ſuſpicione laborant. Illi potius ſub nomine hujus criminis comprehendendi ſunt, qui ſuppreſſo auctoris nomine aliena pro ſuis venditant. Neque ab hoc malo libera fuit priſca auctoritas: Invenere ſtatim primi ſapientiæ parentes, qui iiſdem inſiſtentes veſtigiis, eodem quoque ore, quo magiſtri eorum loquerentur.

Græcanica Philoſophia dudum ſecuta eſt Hebræorum antiquiſſimam, & ſicut illa Philoſophia, uti notum, diſtinguit Ionicam & Italicam, cujus prioris auctor fuit Pythagoras, alterius Thales Mileſius, ita de Pythagora Jamblichus reliquit cum Prophetis, qui Mocho Phyſiologo (quem Seldenus Moyſem fuiſſe voluit) ſucceſſores erant aliiſque etiam & Phœniciis Sacerdotibus congreſſum initiatumque fuiſſe omnibus ſacris Bybli & Tyri. De Thalete vero Alexandrinus Clemens mul-

ta

ta eum hauſiſſe e Philoſophia Barbarica, quo nomine Hebræa apud Gentiles ſæpius indigitatur. Non ſolum Phyſica, ſed & Metaphyſica ſua traduxiſſe Philoſophos ex Libris Moſaicis, eodemque modo egiſſe quoſvis legiſlatores antiquos in optimis legibus condendis docuere *Johannes Philoponus de Creat: Mundi l. 6. c. 21. Ludovicus Vives ad Auguſtinum de Civ. D. l. 8. cap.* 11. & *Clemens Alexandrinus Strom.* 1. Erat per totum Orbem ſapientia Salomonis admirabilis, quam cum diligenti imitatione adorare unuſquiſque ſapiens maxime glorioſum putabat, inde innumerabilium hominum confluxus, qui hoc uti volebant magiſtro, quod ejus Philoſophia omnium perfectiſſima judicaretur. Notat doctiſſimus *Theophylus Galeus lib.* 1. *Philoſ. Generalis Kimchium in* 2. *Reg*- 20. 2. mentionem facere Salomonis ספר רפואות Libri Medicinæ ex quo Cedrenus in ſuo Hiſtoriæ compendio ait Græcos Medicos furatos fuiſſe Medicinæ artem, atque probabile videri Pythagoram & Platonem ſuæ Symbolicæ Philoſophiæ, Stoicos ſuæ moralis; Hippocratem ſuæ Medicinæ; Ariſtotelem Hiſtoriæ ſuæ de animalibus; uti Theophraſtam ſuæ de Plantis ideam ab ejuſdem Salomonis Philoſophia traduxiſſe, ſic & Græci Philoſophi ab invicem multa furati ſunt. Roiſius, qui & Averoes multa ex

Themiſtio qui ſcripſit in topica hauſit ait magnus *Voſſius de Logices Conſtit. c.* 12. §. 14. Imprimis obſervat ex Lud. Nogarola eruditorum facile Princeps *Stillingfletius Orig. Sacr. l.* 3. *c.* 2. Ariſtotelem non parum debere Ocelli Lucani libro περὶ τῆς τȣ̃ παντὸς φύσεως quibus ut videas quomodo tacite ſæpius præceptores ſuos ſequantur diſcipuli, adjungit egregius auctor Ariſtotelicus *P. Joh. Nunneſius in notis ad Ammonium de vita Ariſtotelis* ipſum in exagitandis Platonis & aliorum ſententiis dum veritati ſtudeat maxime Platoni convenire. Secuti illa exempla poſtea quoque ſunt plurimi: Nam & Apulejus Lucianum imitatus ut vir Græcus ſe Latine neſciviſſe ingenue confeſſus in Aſino aureo plane rudit, librum Ariſtotelis de mundo magna ex parte traduxit in eo, quem ejuſdem argumenti ſcripſit, in quo inſignes errores Petrus Avionius indicavit uti refert *Claudius Verderius Cenſion. in Auctores. p.* 73. Nec apud alios quoque aliud niſi Plagiarii nomen meruit idem Apulejus: Nam & *Caſaubonum ad Diog. Laërt. Plat. p.* 47. idem ſentire palam eſt, L. Apulejus ait in commentario de Platonis dogmate, multa de eo habet, quæ ſi quis conferret cum iis quæ a Diogene Laertio ſcripta ſunt, fateri cogetur, aut illum ab iſto pleraque tranſtuliſſe, aut potius crediderim u-

trumque ex eodem hauſiſſe fonte. Exquiſita erant antiquorum ſtudia ſicut diffuſe probat in illo cum quovis veterum comparando Libro *de Polymathia Wouwerius*, in quibus ſibi quiſque optimos auctores proponebat, atque quæ dixerant bene ne quidem mutanda arbitrabantur, ſapientior tamen alius alio videri volebat, dimicantes univerſi de præda & furantes ſuo more furioſiſſime Philoſophi. Rationes ſi forent producendæ, erant eæ quidem præcipuæ, quod arcta quibuſdam erat ingenii ſupellex atque inopia; qua ad eam rerum & orationis copiam adſurgere, quæ vel in aliis conſpiciebant vel dignam eſſe materiæ exiſtimabant, vix ſufficientes cogebantur ea ab aliis bene doctis ſurripere, quæ ad ſupplendas commentariorum paginas conducere potiſſimum arbitrabantur. Accedebat nimia alios imitandi ſolicitudo, orta ſæpius ex morum atque Judiciorum eorundem ſimilitudine, atque conſenſu: fit enim non raro ut quæ recte alii judicarunt ac ſcripſerunt nobis ſint inſtar perfectiſſimi exempli. Fuit illud quorundam veteris Eccleſiæ Doctorum ſtudium. Notat *Rainoldus cenſ. libr. Apocr. prælect.* 82. Ambroſium integra opera Baſilii, Hexameron e Græcis tranſtuliſſe & pro ſuis uſurpaſſe. Itidem de Tertulliano Scaliger quod librum Juſtini Martyris contra Try-

phonem totum deſcripſerit, & aliquid de ſuo addiderit. Theophylactum plurimi noverunt Chryſoſtomi vitula arare ſolitum, & ut graviſſimus auctor *Gomarus* docuit *de Providentia Dei cap.* 8. Nic. Damaſcenus ex Gregorio Nyſſ. de providentia multa transſcripſit. Ideo fortaſſe & Plato Timæum exſcripſit ex libris Philolai Pythagorici ſicut refert *Gell Noct. A. l.* 3. *c.* 17. vel uti *Euſebius Præparat. Euang. l.* 11. *c.* 1. 3. Idem tripartitam ſuam, Philoſophiam ab Hebræis ſurripuit atque contemplationes ſuas Metaphyſicas de ente primo videlicet Deo a Sacra Dei deſcriptione Exod. 3. 14. Unde & factum ut e Scola ſapientiſſimorum hominum quondam edocti diſcipuli ejuſdem Philoſophiæ argumenta conſtanter tradiderint, atque Pythagorici & Platonici, quique ſimiles fuere magni nominis auctores præceptorum ſuorum ſermonibus in ſuis commentariis loqui voluerunt. Profert *C.Verderius Cenſ. in Auct.p.* 161. poſterioris temporis exemplum quæ probari poſſet tantam ſimilitudinem quandoque eſſe auctorum, ut eadem eſſe, quæ diverſi tamen ſcripſerunt dicerentur, inquit enim in utroque opere Cœlii Rhodigini Lect. Antiqu. & adagia Eraſmi non pauca eſſe ita ſimilia, ut eadem plane eſſe exiſtimentur: Eraſmus tamen quo facilius furti ſuſpicionem levet ex

ejus

ejus adagiis illum ſubduxiſſe multa contendit homines ut credant adducere: Verum quæ optimos auctores quibus ingenium atque inexhauſta ſtudia dederat par quaſvis res ſeſe latiſſime diffundere ratio fuit pectorum cæcitas in iis rebus quæ mutuato lumine demum cernere valebant, contigit illud ſæpius præcipuis Græciæ Philoſophis, ex quibus iterum Plato quamvis excellentiſſimi ingenii vir ne quidem eſſet eximendus, quem Moyſem Atticum Numenius apud Chalcidium nuncupavit, quoniam in pluribus, præſertim quoque ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς ἀθανασίας ὐδεν Μωσέως ὁ Πλάτων διέςηκε τῆ δόξῃ ut loquitur in *Præparationibus Euang. Euſebius l.* 11. *cap.* 27. Præterquam enim quod ea Philoſophia pertingere non poterat ad cognitionem earum rerum quæ apud Judæos geſtæ a ſanctis ſcriptoribus ſolummodo referebantur, niſi illarum teſtimonia ex eorum ſcriptis repetebantur, etiam tota fere Judaicæ gentis ſapientia naturæ ſphæram tranſcendens coëgit Græcos exiguis naturalis luminis ſcintillis corruſcantes Hebræos Magiſtros in ſcriptis ſuis ſuppreſſo tamen nomine advocare teſtes: ea enim ſupra Græciam Judeæ gloria ſemper fuit ut hæc ab ea plurima ſumere debuerit, quæ ſummum numen abſcondere volebat, atque foras petere quæ domi non habebant: legi poteſt ea de

re Clemens Alexandrinus, qui plus quam ſemel aſſeruit Græcos ad unum omnes Philoſophos fures fuiſſe: ſic enim Strom. l. 6. ἃ καὶ αὐτὰ ἐκ τῆς βαρβάρου κλαπέντα θεοδωρήτου χάριτος Ἑλληνικῷ κεκόσμηται λόγῳ quæ ipſa quoque a Barbara divinitus data ſurrepta gratia, Græca ornata fuit eloquentia atque οὕτω καὶ οἱ φιλόσοφοι ζωγραφίας δίκην ἀπομιμοῦνται τὴν ἀλήθειαν. Conſentit in omnibus fere *Euſebius* præſertim. *l.* 10. *Præp. Euang.* ubi docet eximias quaſque diſciplinas a Barbaris id eſt Hebræis ad Græcos traductas fuiſſe, quibus ſimilia eodem loco habet erudita, & quibus addi quoque poſſunt quæ exſtant apud *Auguſtinum de Civ. Dei l.* 8. *c.* 11. *& lib.* 18. *c.* 3. *Tertullianum Apol. & Auguſtin. Steuch. de Perenni Philoſophia l.* 1. *c.* 1. Accuſandi autem merito in hoc furti genere fuerunt, quod non ſolum παρὰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων οὐκ εὐχαρίστως, εἰληφότας ut loquitur *l.* 1. *Strom. Clemens Alexandr.* Sed & ne viderentur aliena, quæ libris ſuis intulerant, mixtura neſcio quali inanis ſapientiæ fœdiſſime depravarunt: ipſe enim *Clemens* idem de illis judicat *lib.* 1. *Strom. p.* 341. *edit. Gent. Herv.* Verba ſunt; Eſt ergo in Philoſophia, veluti a Prometheo furto ſurrepta, parum ignis ad lucem apti utiliter excitatum, & veſtigium aliquod ſapientiæ, & motus a Deo.

Deo. In his autem latrones & fures fuerint, qui ſunt apud Græcos Philoſophi, qui ante Domini adventum, a Prophetis Hebræis partes veritatis id minime agnoſcentes ſumſerunt, ſed tanquam propria dogmata attribuerunt, & alia quidem adulterarunt, alia autem ſupervacanea quadam diligentia ſophiſtice interpolarunt; alia autem etiam invenerunt.

Ea interim ſtudiorum eſt libertas, quod undique liceat, velut ex diverſis floribus collecta mella apum induſtria ad favos ſuos confluunt diligenti cura petita ad ſuos uſus & materias accommodare. Neque adeo jejunam aut pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici niſi ſemel non poſſit inquit *Quintil. inſt. l.* 10. *c.* 5. Contingit enim ſæpiſſime ut non niſi alieno lumine cernere vel aliis prælucere liceat: Habet ignorantia præteriti temporis hoc ſingulare, quod nos faciat non niſi ductu alicujus magiſtri incedere, proprio marte agere volentes deſtituat. Requirit id aliquando de iiſdem rebus plurimorum hominum idem conſenſus. Ita ſanctiſſimi divinarum veritatum Scriptores coacti fuere, absque ullo tamen plagii ſuſpicione aut culpa nonnunquam iiſdem verbis eadem teſtimonia proferre, cum tamen iſte conſenſus cum exigua quadam mixtura varietatis prodat

ſapien-

ſapientiam auctoris & ſacræ paginæ elegantiam. Neque quiſquam opinor erat in auctores bonos tam iniquus, ut ſi idem aliis longe vetuſtior ſcripſerit ſtatim impudens furtum recentioris eſſe exſtimabit: incidunt enim diverſorum ominum in eandem rem propter ſimilitudinem ingeniorum eadem cogitata. Sed & quandoque poſtulat ſcriptoris argumentum doctrina alterius ſua dogmata munire, potiſſimum cum is unde petuntur ipſe non ſine aperta plagii convictione prius ex tali fonte deſumſit, unde ſapere unusquisque absque crimine poteſt quomodo ut facilius ad veritatis agnitionem primi Eccleſiæ Doctores Gentiles adducerent aliquoties ipſorum magiſtrorum Gentilium ſcriptis uſi ſunt: fatetur id apertiſſimis verbis *Auguſtinus lib.* 2. *c.*40. *de Doctrina Chr.* Philoſophi autem qui vocantur ſi qua forte vera & fidei accommoda dixerunt maxime Platonici non ſolum formidanda non ſunt, ſed ab eis etiam tanquam injuſtis poſſeſſoribus in uſum noſtrum vindicanda. Habere quoque auctor ſeſe poteſt inſtar interpretis, quando ea, quæ exotica lingua recte dicta fuere in vernaculam tranſſcribat, aut res geſtas aut argumentorum pondera conſulto, quia melius proponi a ſe non poſſunt retineat, qualis modus agendi Romanorum Scriptorum apud Græcos fuit frequentiſſimus, qui

quan-

quantum potuere Græcam ſapientiam retinuerunt: Ex Homeri Græcis carminibus Romanorum vatum doctiſſimus profecit Virgilius, ſicut ex Orpheo & Muſæo Homerus; quomodo & Eccleſiæ lumina Auguſtinus & Lactantius ex Platonico celebri Mercurio Trismegiſto. Tullio nemo quidem doctior, ipſe tamen de optimo genere oratorum ita de ſe; Converti ex Atticis, duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias, Æſchinis Demoſthenisque: nec converti ut interpres, ſed ut Orator; ſententiis iisdem & eorum formis, tanquam figuris, verbis ad noſtram conſuetudinem aptis. Etenim quædam eſt conceſſa libertas ſine crimine optimos imitari facitque apud bene dicendi atque ſcribendi magiſtros magnam paginam imitatio, de qua non ſine ratione ſcripſit graviſſimus auctor veſter *Quintilianus. l.* 10. *c.* 2. *Inſt.* Verborum copiam & figurarum varietatem & componendi rationem ſumendam eſſe ex lectione dignis auctoribus. Neque enim dubitari poſſe quin artis pars magna contineatur imitatione: Nam ut invenire primum fuit eſtque præcipuum, ſic ea quæ bene inventa ſunt utile ſequi. Exemplis hæc quæ apud *Scottum Tullian. Quæſt. l.* 1. *c.* 11. extant illuſtrari poſſunt, ſumere ac tranſcribere *κατὰ πόδα*, hoc eſt ad verbum vix inverſa

verſa viſus eſt Maro heroicos verſus, paucis immutatis eſt mutuatus: ut a. Q. Ennio, è quo ſe aurum colligere legendo profitebatur, tum a cæteris vel Latinis aut Græcis potiſſimum, non poëtis modo, ſed etiam Oratoribus ac Philoſophis multo ſumſiſſe, ut Macrobius Saturnalium libris docuit: ſic ejusdem veſtigiis inſiſtentes recentiores aliquot Fulvius Urſinus, Lambertus Hortenſius & Valens Pimpontius reapſe oſtendunt. Ubi tamen Rhetores ſua obſervari volunt præcepta: Quæ niſi retineantur diligenter videbis in eo neglectu ac judiciorum diſcrimine alios aliis infeliciores. Evexit ad ſummum laudis faſtigium P. Manutium felix imitandi ſtudium, cujus oratio merito optimos eloquentiæ magiſtros adæquat, & recocti ipſius Ciceronis ſermones habendi ſunt, minus in eo felix Longolius a Scotto centones impudenter nimis (quod pueris permittendum) conſuiſſe judicatur. Placet tandem quibusdam aliorum uti auxilio, cum ſi non juvant ſingula multa proſint, qualem congeriem àmant plerumque Lexica, quibus vitio verti ſemper non debet, quando velut congeſta ædificiorum moles conſtet ex diverſis partibus, e diverſis fabrorum manibus petitis, e diverſis quoque auctorum officinis conficitur apparatus: Suidam optimum Græcæ linguæ Hiſtori-

cum

cum ideo fortaſſe ea quæ illuſtrium virorum vitis ſuo operi inſeruit magnam partem ex Heſychio tranſcripſiſſe notat C. 1. *de vita & ſcriptis Porphyrii Lucas Holſtenius*, cujus tamen factum excuſat quod opus ſuum perficere niſi tali teſtimonio minime potuerit. Aliter judicandum foret de Germano auctore Joſua Arndio, qui ea quæ Voſſius de Baptiſmo ex antiquitate attulerat eodem ordine diſſimulato tamen Voſſii nomine Lexico ſuo antiquitatum Eccleſiaſticarum inſeruit uti teſtatur politiſſimi ingenii vir magnus Theologus in œconomia fœderum de Baptiſmo Witzius. Non enim poſtulat neceſſario materia; quæ non nititur alterius ſcriptoris auctoritate, ut in ea elucidanda hoc modo premantur alterius veſtigia. Sic loqui ſic ſcribere eadem cum judicio ubi exigit rei neceſſitas auctoribus non erit illicitum: Non ergo putemus ſemper optimum eſſe quod latet, ne immuteſcamus alioqui, ſi nihil dicendum videatur, niſi quod non invenimus; olim fuit magni Rhetoris præceptum. Inſuper honeſtatem Plagii litterarii exemplis Græcorum Poëtarum conatus fuit probare Henricus Stephanus ſive quis alius qui ad Anacreontem notas compoſuit p. 31. Edit. Cantabr. 1684. Inquit Anacreontem ex Alcæo quædam ſui poëmatis ſumſiſſe uti & ex Pindaro

nonnulla mutua ſumſiſſe Horatium, quæ tamen ita mutuatur ut ſua tamen velit videri ea ita in varias formas commutat, ut vix ab eo cujus ſint, ſi adſit agnoſci poſſint, & hoc eſt honeſte furari: Nam non eſſe turpe ex antiquo ſcriptore furari docuerunt nos ſuo exemplo Græci, quorum furta memoriæ prodita ſunt quam plurima: Ipſe enim Homerus ex Orpheo & Muſæo multa furatus eſt Ex Homero viciſſim poſteri fere omnes multo plura. Quid Poëtæ Tragici? Euripides multa non Homero tantum, ſed & aliis compilavit qui Homeri ætatem ſecuti ſunt. Sophocles rurſus haud pauca Euripidi. Sed nec ipſi Comici alii ab aliorum ſcriptis manus abſtinuerunt.

Claudius Verderius omnium auctorum cenſor acerrimus libro quem de ea re compoſuit laborum alienorum ſubreptores quidem furca dignos ſemper judicavit: Attamen ex veteribus nonnulla, non tanquam ſua, ſuis aliquando immiſcere licitum eſſe. Ita fere p.133. loquitur; ſed quemadmodum mutuari non inhoneſtum, ſic ſubripere turpiſſimum eſt, ut de Chryſippo fertur, qui totam Euripidis Medeam ſuis libris inſeruit: de cujus libris ait Apollodorus Athenienſis, ſi tollantur quæ aliena ſunt chartam vacuam relinqui. Interim ea quæ ſpeciem præ ſe ferunt honeſti & utilis, poſſunt ea quandoque minime honeſta

&

& utilia putari. Eſt quædam ſicut in aliis rebus in libris componendis caſuum varietas, auctores æſtimandi ſunt ſcriptorum genus, argumenta, periodi, ſcribendi fines & ordo, denique quicquid pertineat ad ſummam totius operis, in quibus facillime peccatur ſi τὸ πρέπον atque modus non ſervetur in mutuanda alterius eruditione, vel adducendis iis teſtimoniis, quæ furtum non prodant; & non niſi parce adhibita ad ornatum vel ſupplementum orationis egregie conducunt. Eſt quædam libertas ingenii non indocti hominis ſeſe non adſtrictum ſemper tenere aliorum ſententiis: Ut nihil velit niſi quod alii ante ipſum vel invenerunt vel dixerunt. Ita maxime indocti ſapiunt & ſervi ad dominorum loquelam vocem ſuam componunt, & incipit eſſe quodammodo παρῳδὴ quod nomen ductum a canticis ad aliorum ſimilitudinem modulatis *Quintil. l. 9. c. 11. Inſtit.*

Minime ferendi ſunt illi homines in committendo plagio, qui quicquid in aliis carpendum eſſe ducunt, ipſi maxime committunt, quaſi ex alvearibus mella ſubducere, atque compilare alienas opes, aliis foret exitio, ſibi ſolis abſque culpa permiſſum. Æquum eſt aliorum lapſus aliquando indicare, ſed & æquiſſimum ab iiſdem ſeſe prudenter cavere. Miror quid tam acrem aliorum cenſorem fe-

cerit Scioppium cum ejuſdem criminis reus ipſe convincitur. Cenſoria virgula notavit Petrum Galatinum de arcanis Catholicæ veritatis, quem ait omnia ſua (ſuppreſſo nomine) deſumſiſſe ex libro Martini Raymundi quem vocat pugionem Chriſtianorum ad impiorum maxime Judæorum perfidiam jugulandam; qui auctor ante 400 circiter annos vixit ejus libri exemplar manuſcriptum extat apud Buxtorfium Baſileæ. *Sciopp. Diatr. de ling. Ebr. & Chald. ſtudio p.* 663. Sed ecce quid de eo Critico teſtatur immortalis nominis *Hoornbeckius p.* 122. *in Papalis bullæ examine*; Non probe egiſſe mihi videtur Scioppius, quod librum non ſuum vid· aſtrum inextinctum cum ſua ad Imperatorem allocutione, ita ut fecit conjunxerit; & ſub ſuo nomine, quaſi proprium fœtum ediderit; quem non ignorabat ſuum minime eſſe; ſed Romani Hay, ordinis Benedictini, qui librum iſtum, quem a. CIↃ IↃC XXXI. ſcripſit, & Scioppius in ſuas manus devolutum. a. CIↃ IↃC XXXIV. ſuo ſub nomine edidit, ipſe CIↃ IↃC XXXVI. ſuo cum nomine, atque additis variorum approbationibus demum emiſit. Magis in hac re ſeverus judex erat Henricus Valeſius quam quidem mitiora ejus ſtudia ferebant, de quo in ejus vita refert frater Hadrianus, quod Plagiarios plurimum oderat: & ſi qui obſer-

vationes ſuas fraude aliqua, aut ſe inconſulto nec permittente ſibi vindicaſſent, librisque ſuis inſeruiſſent plane iraſcebatur, & quærebatur palam. Quin etiam ſi vel leve aliquid ad literas pertinens cuiquam dixiſſet, in voluminibus editis aut rem totam ſupprimi atque præteriri, aut gratam ſui mentionem fieri volebat.

Etiam a turpi plagio abſolvendi non ſunt eorum ſuperba ingenia, quæ ut videantur præ aliis ſapientia alienos fœtus pro ſuis divulgant & integros ſæpius commentarios ſuo nomine inſignitos in publicum protrudunt, quare ſicut adulteri, liberos, alios quam revera ſunt agnoſcere faciunt parentes, & genus humanum neſcio qua prodigioſa mixtura confundunt, alieno partu rem ſolent augere & alterius ſudore inanem emendicare gloriam: Non bene ceſſerat Angelo Baſſo a patria Politiano plagium, cum Florentiæ interpretationem Homericæ Iliados aggrederetur, quod non ſine oſtentatione quæ de Homeri poëmate perſcripta fuerant ab Herodoto auditoribus ſuis recitabat, cum nondum is auctor in Latinam Linguam verſus a nemine fere legeretur, forte tunc præſens Janus Laſcarus Græce bene doctus homo, facete admodum Angelo reſpondebat; Dic mihi quæſo quo ore Herodoti opus inſigne, quod ante tot ſecula

conſcriptum eſt, in tanto cœtu ut tuum recitaſti *Colomeſ. Keim. litt. c.* 31. *ex Duareno.* Factum fere ſimile adducit *Burton Hiſt. Linguæ Gr. p.* 55. Ait ibi Johannem Phræam Anglum Colleg. Baliolenſis ſocium Diodori 6. libros vertiſſe, illamque verſionem Poggium nactum fuiſſe & pro ſuo in publicum extruſiſſe, idque teſtari quoque *Brian Twyn. Antiq. Oxon. l.* 3. ſcilicet nondum ſatisfecit noſtris ſeculis tanto labore undique conquiſita eruditio, quæ tamen modico optimorum auctorum numero contenta eſſe poterant, ſaltem qualis nunc patefacta eſt multitudo eſſe non debebat ut quæ antiquiores ſemel bene dixerant, recentior ætas denuo male repeteret, atque interpoſita ſua gloſſematum inſania perverſiſſime augeret. Marinum Sanutum Burchardum fere deſcripſiſſe notavit *adverſus Baronium p.* 148. *Caſaubonus.* Idem feliciſſimi ingenii vir *G. Naudæus. Bibliog. Pol. p.* 63. de Taiſnero; Bartholomæi Cœlitis Bononienſis integrum librum convaſavit, ac in ſuum opus Mathematicum tranſtulit Johannes Taiſnerus plagiarius inſignis, & impudentior longe Horatii cornicula cum præterea tractatum etiam de magnete a Petro Peregrino Gallo quondam editum furto vindicavit. Sic aliorum plumis tacite ſevoluit ornare Bonifacius Rhodiginus is enim frequenter premit veſtigia H. Sal-

mut

mut e quo quæ de ludis veterum ad Panciroll. tit. 60. de Papyr. itidem p, 260. de Alchymia ſcripſerat Bonifacius Hiſt. Ludicr, l. 5. c. 30. & 31. & l. 3. c. 4. ſicut multa alia deſumſit.

Non tam miror quando conficienda ſunt eruditorum encomia aut βιωγραφία, vel etiam anteacti temporis ignota ſeries, quod auctor ex alterius penu aliquid promat quod nunquam ipſi ſuum ingenium ſuppeditaret. Præſertim cum hic multis vetuſtioris ac recentioris ævi exemplis non adeo ſit munitus & inſtructus, uti de Platina Mornæus retulit, qui ex Martino Polono anno 1270. de verbo quaſi ſua deſcripſit. *Myſt. iniq. p.* 260. *&* Cornelius Tollius appendicem ſuam ad Pierium Valerianum de litteratorum infelicitate ex parte e Scevolæ Samartani elogiis deſumſit. Miror magis quod narrat in *Opuſculis p.* 138. *Paulus Colomeſius* de omnis politioris litteraturæ promocondo Claudio Salmaſio cui multum librorum numerum cudere nunquam fuit ne a quinto decimo anno difficile, quod Holoboli Rhetoris notas ad aras Doſiadæ pro ſuis in publicum emiſit, cum tamen totum illud negotium lectoribus ſuis clam habere voluerit. Semper ego candorem eum adeſſe debere arbitror in quovis etiam ſcriptorum genere; agnoſcere per quos profecerit. Tutæ magis eæ ſunt merces ubi genuina ſingulis bonis probæ

notæ imprimuntur veſtigia. Quod ſi obſervaſſet Philippus Beroaldus fortaſſe ea cenſura ipſum non dignum judicaſſet *Claudius Verderius Cenſion: in auct. p.* 158. quod vir fuiſſet dictionariis quibuſdam addictus, e quibus ſua eruit omnia, ſegniſſimus in Apulejum Oſcitans. Nunquam G. Burton quod Perſicæ linguæ λείψανα e Briſſonii Regno Perſarum deſumſerit audiret. Nec Celeb. Hoornbeekius de Theol. Patrum in vita Juſtini Joh. Georgium Dorſcheum ita notaſſet quod admiranda præſepis Bethlemitici deſcripſerit ex Caſaubono adv. Baron. Exerc. 2. aut excellentiſſimus Voetius Biblioth. p. 361. de Abrahamo Gorlæo non dixiſſet quod is adoleſcens ingenii non contemnendi ſed ἄπειρος ex Taurelli ſcriptis ſua excerpſerit. Denique nec Cœlius Rhodiginus audiſſet quod pro more ex Æliano nomine ejus diſſimulato Antiquas ſuas Lectiones retuliſſet. vid. *Salmut ad Panciroll. tit.* 10. *pag.* 181.

Ea autem eruditio non debet eſſe Philoſophorum alterius ſcripta compilare, quibus innata quædam diſſerendi oportet eſſe libertas, abſque ea quorundam ſervitute, quæ loqui ſine auctoritate erubeſcit, vel quæ ex aliorum ſcriptis nimium ſapit indigna prudentia, idque in illis rebus quæ ex fontibus naturæ deducendæ ſunt, ubi magis ingenium atque

docta

docta liberi hominis indagatio locum habere debet. Pretium facit Sariſberienſis Polycratico diligens ſtudium de multis haud ita vulgaribus diſſerendi, atque veterum quorundam ſcriptis facile adæquanda eruditio, quod tamen plurimorum veterum plumis incedat ornatus cum ea ſincera libertate quis credat poſſe conſiſtere: Id ſtudium quoque Carteſii fuiſſe judicatur, quem ex Gomeſii de Pereira libro Margarita Philoſophica plurima ſua deſcripſiſſe ferunt, & ipſe quoque Carteſius aliquando ſuccenſuit Regio, quod quæ ipſe de rerum natura compoſuerat ipſo inconſulto ex auctoris autographo deſcripta tanquam ſua fecerat exire. Velim ergo diligenter ut obſervetur ætas auctorum atque tempus quo eorum libri lucem adſpicere cepere, ut omnes lites dirimantur, quis primus inventor & auctor haberi debeat, quæ forte σύγχρονοι ſibi movere poſſunt quando ex ore alterius talia excerpunt, vel clandeſtino alicujus manu ſcripta auferunt, quæ pro ſuis erudito orbi propinant.

Hæc ſunt paucis quæ de litterario Plagio volui notare, quæ tibi vir Clariſſime nunc exhibeo, quæque ſi forte ſpem quam de me in hac re concepiſti non ſuſtentent credas ſaltem ad ea eo libentius me paſſum fuiſſe trahi, quo magis conſiderem ſub tutiſſimo

nominis tui Clariſſimi patrocinio hæc inventura adverſus maledicos refugium, quo ſi tu velis dignari viciſſim ego ſicut ſemper feci omnibus viribus, ſtudio, labore & diligentia contendam ad amplificandas veſtras virtutes domi atque foris.

Vale.

ex Musæo.

Prid. Kal. Auguſt.

CIƆ IƆC LXXXXIII.

IN
JACOBUM THOMASIUM
de Plagio Literario &
JOANNEM ALBERT. FABRUM
De Plagiariis &c.

Indiculus.

Abdias (Babylonus) Faber. N. 13.
Acciajolus (Donatus) Thomaſ. §. 347.
Aegineta (Paulus) Faber. N. 57.
Aelianus (Claudius) Faber. N. 5.
Aeneas Faber. 3.

Afra-

Afranius (——) Thomaſ. §. 348.
Africanus Julius Sextus Faber. N. 3.
Agathemeris Faber. N. 80.
Aidius (Andreas) Thomaſ. §. 349.
Albertus Magnus Faber. N. 68.
Alciatus (Andreas) Thomaſ. §. 352.
Aldrovandus (Ulyſſes) Faber. 47.
Alexander Monachus Thomaſ. §. 353.
Alexander (Natalis) Faber. 85.
Allatius (Leo) Faber. 46.
Alſtedius (Joan. Henric.) Thomaſ. §. 354.
Ambroſius (——) Thomaſ. §. 355.
Andreas Medicus Thomaſ. §. 358.
Andreas (Joh.) Thomaſ. §. 359.
Anianus Faber. 17.
Apollonius Pergæus Faber. 63. & 97.
Apoſtolius Faber. 67.
Apulejus Faber. 58.
Aratus Solenſis Faber. 62.
Archinus (—) Thomaſ. §. 360.
Aretinus (Leonh.) Thomaſ. §. 361.
Arioſtus (Ludov.) Thomaſ. §. 362.
Ariſtophanes Thomaſ. §. 363.
Ariſtoteles Thomaſ. §. 364.
Artemidorus Faber. 80.
Autumnus (Bernardus) Faber. 99.
Avendanius (Chriſtophorus) Thomaſ. §. 366.
Averroes Faber. 68.
Balſamo Faber. 19.

Ban-

Bandinus (——) Thomaſ. §. 367.
Barboſa (Auguſtinus) Faber. 27.
Bartolus à Saxoferrato Thomaſ. §. 368.
Bathyllus (——) Thomaſ. §. 2.
Baudrand. (Michaël Antonius) Faber. 79.
Beckerus (Georgius) Thomaſ. §. 369.
Bellermontanus (Nicolaus) Thomaſ. §. 370.
Bellonius (Petrus) Thomaſ. §. 371.
Bellus (Nicolus) Thomaſ. §. 372.
Benedictus (Joannes) Faber. 41.
Bernartius (Johannes) Faber. 38.
Berneggerus (Matthias) Faber. 45.
Bivarius (Franciſcus) Thomaſ. §. 351.
Boccacius (Joannes) Faber. 95.
Boccalinus (Trajanus) Faber. 26.
Bodinus (Johannes) Thomaſ. §. 373.
Braſſicanus (Joh. Alexander) Thomaſius. §. 374.
Brotheus Faber. 99.
Brunnerus (Joh.) Faber. 81.
Bulengerus (Julius Cæſar) Thomaſius. §. 653.
Burgo (Lucas de) Faber. 97.
Butskius (Samuel) Faber. 76.
Calliphanes Thomaſ. §. 375.
Calviſius (Sethus) Faber. 23.
Cardanus (Hieronymus) Thomaſius. §. 376.
Carrio (Ludovicus) Thomaſius. §. 378.
Caſſiodorus Faber. 17.
Caſtalio ſive *Caſtellio* (Sebaſtianus) Faber. 25.
Caſtelfrancus Thomaſius. §. 354.

Ce-

Cedrenus (Georgius.) Thomaſius. §. 380. Fab. 17.
Celſus Poëta. Thomaſius. §. 383.
De la Cerda (Joan. Ludovic.) Thomaſ. §. 384.
Chabotius (Pet. Gualth) Faber. 99.
Chaſſaneus (Bartholomeus) Thomaſ. §. 385.
Chifletius (Joan. Jacobus) Thomaſius. §. 387.
Chryſippus Thomaſius. §. 388.
Cicero (M. Tullius.) Thomaſ. §. 392.
Clapmarius (Arnoldus) Thomaſ. §. 393.
Clarius (Iſidorus) Faber. 14.
Cognatus (Gilbertus) Thomaſius. §. 395.
Colomeſius (Paulus) Faber. 51.
Combeſis (Franciſcus) Faber. 71.
Coraſius (Joannes) Thomaſius. §. 396,
Corderius (Balthaſar) Faber. 70.
Cragius (Nicolaus) Faber. 21.
Cteſias Thomaſius. §. 397.
Cujacius (Jacobus) Thomaſ. §. 398.
Curopalates (Joannes) Thomaſius. §. 400.
Damaſcenus (Joannes) Thom. §. 401. Faber. 10.
Damaſtes (———) Faber 80.
Delrio (Martinus) Faber. 49.
Demetrius Grammaticus Thomaſius. §. 402.
Demetrius alius Thomaſ. §. 403.
Demoſthenes Thomaſius. §. 404.
Deuſingius (Antonius) Faber. 94.
Diagoras Thomaſius. §. 405.
Dinarchus Thomaſius. §. 407.
Dio Caſſius Thomaſ. §. 408.

Dio-

Diodorus Siculus Faber. 5.
Diogenianus Thomaſius. §. 655.
Dioſcorides Thomaſius. §. 657.
Doletus (Stephanus) Thomaſ. §. 409.
Donatus Marcellus Thomaſius. §. 413.
Dorſcheus (I. Georg.) Faber. 48.
Draudius (Georgius) Thomaſ. §. 659.
Durand (Guilielmus) Thomaſ. §. 414.
Durerus (Albertus) Faber. 89.
Emſerus (Hieronymus.) Thomaſ. §. 662.
Ens (Caſpar) Faber, 82.
Ephialtes Thomaſ. §. 415.
Ephorus Thomaſ. §. 416.
Eratoſthenes Thomaſius. §. 417.
Eriphus Thomaſius. §. 418.
Etymologici Magni Auctor. Thomaſ. §. 663. Faber. 65.
Eugamon Thomaſius. §. 419.
Eunomius. Thomaſius. §. 420.
Euſebius. Thomaſius. §. 421. Faber. 23.
Euſtathius Faber. 9.
Faber (Antonius.) Thomaſius. §. 422.
Faber (Petrus) Thomaſius. §. 423.
Fabricius (Guido) Thomaſius. §. 427.
Fernandez (Alphonſus.) Thomaſius. §. 428.
Fidentinus. Thomaſius. §. 429.
Flacius (Matthias) Illyricus. Faber. 96.
Flavius Cn. Thomaſ. §. 430.
Fornerius (Guilielmus.) Thomaſ. §. 432.

For-

Forſterus (Valentinus,) Thomaſius. §. 433.
Fortius (Leonhardus) Faber. 4.
Franzius (Chriſtianus) Faber. 29.
Fraſſenius (Claudius) Faber. 84.
Friderici (I. B.) Faber. 7.
Fulgentius Faber, 95.
Fulgoſius (Raphaël) Thomaſius. §. 434.
Fullerus (Nicolaus) Faber. 39.
Funccius (Joannes) Faber. 21.
Gailius (Andreas.) Thomaſius. §. 435.
Galatinus (Petrus) Thomaſ. §. 436. Faber. 67.
Galenus Faber 11.
Gariopontus Faber. 59.
Glycas (Michaël) Faber. 18.
Garinerus (Andreas) Thomaſius. §. 437.
Gaſtius (Joannes) Thomaſius. §. 438.
Geiſius (Jo. Guerner.) Thomaſius. §. 439.
Genebrardus (Gilbertus.) Thomaſius. §. 440.
Gerardus (Johannes) Thomaſius. §. 441.
Germbergius (Hermannus) Thomaſ. §. 442.
Gilinus (Camillus) Thomaſius. §. 443.
Giphanius (Obertus) Thomaſius. §. 445.
Goclenius (Rodolphus) Thomaſius. §. 449.
Goraddivus (Regius) Faber. 22.
Gothofredus (Dionyſius) Thomaſ. §. 668.
Goulartius (Simon) Faber 96.
Grangerius (Bonaventura) Thomaſius. §. 451.
Gratianus Thomaſ. §. 452.
Grotius (Hugo) Faber. 43.

Gra-

Gruterus (Janus) Faber. 73.
Harmatolus (Georgius) Thomaſius. §. 453.
Hedlerus (Matthæus.) Thomaſ. §. 668.
Heinſius. (Daniel) Faber. 24.
Hellanicus. Thomaſius. §. 454.
Helvicus (Chriſtoph.) Faber. 23.
Heraclides Thomaſius. §. 456.
Hermippus Thomaſius. §. 457.
Herodotus Thomaſius. §. 458.
Heſiodus. Thomaſius. §. 459.
Heſychius Illuſtrius Faber. 64.
Heſychius Mileſius. Thomaſius. §. 460.
Heurnius (Joannes.) Thomaſius. §. 461.
Hibernicus (Thomas.) Thomaſius. §. 462.
Hierodes. Thomaſius. §. 463.
Hieronymus. Thomaſius. §. 464.
Hilarius. Thomaſius. §. 466.
Hiſpanus (Petrus.) Faber, 34.
Hæſchælius (David) Thomaſius. §. 467.
Hofmannus (Joh. Jacob.) Faber. 78.
Hollanderus (Joannes) Faber. 98.
Homerus Thomaſius. §. 468. Faber. 12.
Hotomannus (Franciſcus) Thomaſius. §. 469.
Hyperides. Thomaſius. §. 470.
Jaſon Mainus. Thomaſius. §. 471.
Jordanus, ſive *Jornandes.* Thomaſ. §. 472.
Jovius (Paulus) Faber. 90.
Iſaeus Rhetor. Thomaſius. §. 473.
Iſidorus Hiſpalenſis. Thomaſius. §. 474.
Iſocra-

Iſocrates. Thomaſius. §. 476.
Juretus (Franciſcus.) Thomaſ. §. 477.
Keſembroch (Hermannus) Thomaſ. §. 478.
Kircherus (Athanaſius) Faber. 97.
Kitſchius (Henricus) Faber. 40.
Kuranides. Faber. 61.
Labbe (Philippus) Thomaſius. §. 479.
Lambinus (Dionyſius) Thomaſ. §. 480.
Lancilotus (Curius.) Thomaſ. §. 481.
Langius (Joſephus.) Thomaſ. §. 482.
Langius (Wilhelmus.) Thomaſ. §. 483.
Laurembergius (Petrus) Faber. n. 94.
Lectius (Jacobus.) Thomaſ. §. 671.
Leo Imperator. Thomaſ. §. 484. Faber, n. 1.
Leſnauderius (Petrus.) Thomaſ. §. 485.
Liebenthalius (Chriſtianis) Thomaſ. §. 486.
Lindenbrogius (Fridericus) Thomaſ. §. 676.
Lipſius (Juſtus) Thomaſ. §. 487. Faber. n. 6
Livius Faber. n. 5.
Lombardus (Petrus) Thomaſ. §. 493.
Lubinus (Eilhardus) Faber. n. 8.
Lullius (Raymundus) Faber. n. 42.
Machiavellus (Nicolaus.) Thomaſ. §. 502.
Macrobius. Thomaſ. §. 503.
Magirus (Joannes) Faber. n. 16.
Maimburgius (Ludovicus) Faber. n. 93.
Maldonatus (Joannes) Thomaſius. §. 677.
Malvenda (Thomaſ.) Faber. n. 15.
Manderſtonus (Guilielmus) Thomaſ. §. 504.

Manutius (Aldus) Thomaſ. §. 505.
Manutius (Paulus) Faber, n. 35.
Marcellus Empiricus. Faber. n. 60.
Matthias (Chriſtianus Dithimarſus) Tho. §. 506.
Menagius (Ægidius) Faber. n. 65.
Menander ( ) Thomaſius. §, 507.
Merula, (Gaudentius) Thomaſ. §. 678.
Miræus (Aubertus) Thomaſ. §. 508.
Modius (Franciſcus) Thomaſ. §. 510.
Muretus (Antonius) Faber. n. 44.
Neander (Joannes) Faber. n. 9.
Nicephorus Faber. n. 17.
Origanus. (David) Thomaſ. §. 511.
Ouzelius (Jacobus] Faber. n. 32.
Palmerius (Jan. Mellerus) Thomaſ. §. 680.
Pachymeres (Georgius) Faber. n. 20.
Pandorus Faber. n. 17.
Panormitanus ( ) Thomaſ. §. 512.
Panyaſis ( ) Thomaſ. §. 513,
Paracelſus (Theophraſtus) Thomaſ. §. 514.
Pareus (Joh. Philippus] Faber. n. 74.
Parkerus (Samuel) Thomaſ. §. 515.
Petavius (Dionyſius) Faber. n. 54,
Petra Sancta (Sylveſter) Faber. n. 30.
Philemon ( ) Thomaſ. §. 516.
Philoponus (Joannes) Thomaſ. §. 517.
Philoſtratus ( ) Thomaſ, §. 518. Faber. n. 12
Piſander ( ) Thomaſ. §. 519.
Pithæus (Petrus) Thomaſ, §. 520.

Pla-

Plato (Comicus) Thomaſ. §. 521.
Plato (Philoſophus) Thomaſ. §. 522.
Plinius (Senior) Thomaſ. §. 683.
Plotinus ( ) Thomaſ. §. 524.
Politianus (Angelus) Thomaſ. § 525.
Pollux (Julius) Thomaſ. §. 527.
Polus (Gaſpar Gillis) Faber. n. 9.
Polyænus Faber. n. 3.
Pontanus (Jacobus) Thomaſ. §. 687.
Poſſevinus (Antonius) Thomaſ. §. 689.
Proclus Lycius Faber. n. 97.
Proſper Faber. n. 17.
Ptolemæus Faber. n. 97.
Pulmannus (Theodorus) Faber. n. 99.
Rævardus (Jacobus) Thomaſ. §. 528.
Raimondus (Raphaël) Thomaſ. §. 529.
Raimundus (Florimundus) Faber. n. 92.
Ramireſius (Laurentius) Thomaſ. §. 530.
Ramus (Patrus) Faber. n. 37.
Raudenſis (Antonius) Thomaſ. §. 531.
Ravellinus (Franc. Martin.) Thomaſ. §. 690.
Rhodiginus (Lud. Cæl.) Thomaſ. §. 532.
Riſſus (Gualt. Herm.) Thomaſ. §. 691.
Ritterſhuſius (Nicolaus) Thomaſ. §. 534.
Rondeletus (Wilhelmus) Faber. n. 83.
Sabinus (Angelus) Faber. n. 99.
Sala (Antonius) Faber. n. 98.
Salmaſius (Claudius) Faber. n. 52.
Salmero Faber. n. 70.

Sanderus (Antonius) Faber. n. 98.
Sariſberienſis (Joann-) Thomaſ. §. 535.
Scalger. (Julius Cæſar) Thomaſ. §. 536.
Scaliger. (Joſephus) Faber. n. 53.
Scapula (Joannes) Faber. de Lexic. Græc. Exercit. §. XVIII.
Scotus (Marianus) Faber. n. 17.
Schafshauſen (Nicolaus) Thomaſ. §. 539.
Schneidewinus (Joann.) Thomaſ. §. 540.
Scioppius (Caſpar) Thomaſ. §. 542. Fab. n. 28.
Schottus (Andreas) Faber. n. 50.
Schutze (Wilhelm. Ignatius) Faber. n 77.
Simonius (Richardus) Faber. n. 87.
Solinus (C. Jul.) Thomaſ. §. 543.
Sommerfeldus (Jacobus) Thomaſ. §. 546.
Sophocles (   ) Thomaſ. §. 547.
Spencerus (Joannes) Thomaſ. §. 693.
Speronius (Spero) Faber. n. 27.
Spina (Bartholomæus) Thomaſ. §. 548.
Stephanus (Robertus) Thomaſ. §. 549.
Stephanus (Henricus) Faber. n. 70.
Stukkius (Joh. Guilielm.) Faber. n. 88.
Suidas (   ) Thomaſ. §. 550. Faber. n. 5.
Syncellus (Georgius) Thom. §. 552. Fab. n. 17.
Sweertius (Franciſcus) Faber. n. 6.
Taiſnerus (Joannes) Thomaſ. §. 553.
Taubmannus (Fridericus) Faber. n. 73.
Terentius Thomaſ. §. 554.
Teuberus (Michaël) Thomaſ. §. 555.

Theo-

Theodectes (   ) Thomaſ. §. 556.
Theodorus. Faber. n. 9.
Theon (   ) Thomaſ. §. 557.
Theopompus (   ) Thomaſ. §. 558.
Theoſtorides (   ) Thomaſ. §. 559.
Thomæus (Leonicus.) Faber. n. 94.
Thomas Aquinas (   ) Thomaſ. §. 560.
Thuanus (Jacob. Aug.) Faber. n. 30.
Tiraquellus (Andreas) Thomaſ. §. 563.
Toletanus (Petrus) Thomaſ. §. 565.
Tomaſinus (Jacob. Philipp.) Faber. n. 21. & 31.
Tremellius (Emanuël.) Thomaſ. §. 566.
Turnebus (Adrianus) Thomaſ. §. 568.
Tympius (Matthæus) Thomaſ. §. 694.
Vairlenius (Hieronymus) Faber. n. 48.
Vaninus (Jul. Cæſar) Thomaſ. §. 695.
Varillaſius (Antonius) Faber. n. 91.
Vatablus (Franciſcus) Faber. n. 69.
Vegetius (Flavius) Faber. n. 2.
Veſalius (Andreas) Thomaſ. §. 571.
Victorinus (   ) Thomaſ. §. 572.
Victorius (Petrus) Thomaſ. §. 573.
Villa Vicentius (Laurentius) Faber. n. 36.
Vincentius (Bellovac.) Thomaſ. §. 574.
Virgilius. Thomaſ. §. 576.

Voſſius (Gerard. Joan.) Thomaſius. §. 578. Faber. n. 1. in fine.

Urſinus (Bernhard.) Thomaſ. §. 581.

Urſinus (Fulvius) Thomaſ. §. 583.

Urſpergenſis (Abbas) Thomaſ. §. 585.

Weckerus (Jo. Jacob.) Thomaſ. §. 696.

Wendelinus (Marc. Frider.) Thomaſ. §. 592.

Wouwerius (Joannes) Thomaſ. §. 593.

Zonaras (Joannes) Faber. n. 19.

ADDENDA.

Alcyonius (Petrus) ſuperiori ſeculo Ciceronis librum de Gloria ſurripuiſſe & aboleviſſe creditur. *Konig. Biblioth. Vet. & Nov.* pag. 792. *V. Cicero.*

Aretinus (Leonardus:). De eo Monſr, Gallois dans la Traitté des Bibliotheques. pag. 204. *Leonard Aretin l'avoit deja donnée en langue Gothique mais il avoit ſupprimé le nom de l' Auteur, de ſorte que quand cet Aretin fut mort, Chriſtophe Perſonne l'accuſa de larcin, parce qu'ayant luy même trouve un autre exemplaire, de cette Hiſtoire en la même langue; il la divulga ſous le nom de ſon Auteur, & ainſi convainquit l'Aretin de Plagianiſme.* Vide & Chriſtian. Liberii Bibliophiliæ. pag. 62.

Aristo deſcripſit Eudorum de Nilo. *Strabo Geograph. Lib.* VIII.

Buchananus (Georgius) dicitur verſio-

nem

nemEuripidis Medeæ pro ſua edidiſſe autore Henrico Stephano cujus verba adſcribo. *Eodem certe modo furti inſimulatum fuiſſe Georgium Buchananum audivi, quum ejus Medea (id eſt Euripidis Medea ab eo Latine verſa) in lucem prodiit. In aliqua enim Bibliotheca latentem hanc Latinam Medeam ſurripuiſſe, ac ſuam tandem feciſſe.* De bene Inſtituend. Ling. Græc. Stud. pag. 116.

CALEPINUS (Ambroſius) totam Nicolai Perotti Cornucopiam Dictionario ſuo inſeruit quod qui fecerit hiſce enarrat Baillettus. *Mais pour ſpecifier quelque choſe de plus particulier ſur la conduite de Calepin, il eſt bon de ſçavoir que n'etant pas hommes de Lettres, il ne ſongeoit a rien moins qu'a ſe faire Auteur, juſqu'à ce qu'ayant vù la* Corne d'abondance *de Nicolas Perrot, & qu'ayant appris què cet homme ſembloit vouloir deſavoüer & abandonner ce fruit de ſes études ſeculieres & profanes, & renoncer à la qualité de Pere [dans la penſée que celle d'Archevéque en feroit deshonnorée, il cruſt pouvoir profiter de ce degoût, & il vouloit inſerer cet ouvrage dans ſon Dictionaire comme s'il en eût été l'Auteur,* Jugem. des Sçavans, Tom. III. pag. 47.

1685. pag. 666. Multa ab antiquis emendicaſſe Michaël Angelus Fardella contendit autoribus Actor. Lipſienſium Collectoribus *Menſ. Januar. Anno.* 1694. pag. 40.

DIOSCORIDES, non Herophilius ille cognomento Phocas ſed junior, non erubeſcit tranſcribere ex libris Nigri, & Pamphili, & Dioſcoridis Anazarbæi, atque ante hos Cratevæ, & Theophraſti, & Heraclidæ Tarentini, & aliorum innumerorum. Hæc Latine tantum deſcripſi ex Galeni *Proœmio explication. dictionum exoletarum Hippocratis.*

FABER (Tanaquillus.) Etiam magnus hic vir inſimulatur Plagii; nam librum ſuum *de poëtarum vitis* ex Gyraldo fere tranſcripſiſſe vult *Bailletus Jugem. des Sçavans. Tom.* 11. *part.* 1. *pag.* 199.

GOLTZIUS (Hubertus) vir licet multijugæ lectionis, Martinii Smetii Inſcriptiones tamquam a ſe collectas cum orbe literato communicaſſe in poëmate inſcriptionibus præmiſſo ab Hadriano Damman Gand. accuſatur.

Sed neque Te Goltzi decuit quæ Smetius olim
Priva reliquiſſet viduæ, tua dicere cunctis
Vendereque: os hominis? poſtliminione putaſſes
Vindicias peterent Manes, & poſthuma proles.

HORATIUS. Nec is plagii ſuſpicionem potuit effugere, ita enim ex Voſſio Bail-

Bailletus. *Porphyrion un de ſes anciens Scholiaſtes cité par Voſſius dit qu'il avoit pris tout ce qu'il avoit de meilleur dans le livre que Neoptolomeus Auteur Grec. avoit ſur ce ſujet, quoique ce paſſage ne paroiſſe pas dans ce que Cruquius nous a donné du Scholiaſte.* Jugem. des Sçavàns. Tom. IV. pag. 22.

JUNIUS (Franciſcus) quæ ſcripſit in Biblia deſumſit ex Tremellio. *Scaligeran.* pag. 46.

LANCILOTTUS (Dominicus.) De ejus libro de *Racines Grecques* hæc Bailletus. *Tout n'y eſt pas egalement juſte mais il ne dit rien de luy-même, & il ne ſe rend pas toujours garand de ce que diſent les autres.* Jugem. de Sçavans. Tom. III. pag. 142,

LINDENBROGIUS (Henricus.) Hic ſi ex Voſſii ore quæ narrat Colomeſius, vera ſunt, ipſos libros ex Bibliotheca ſancti Victoris, clam ſuſtulit. *M. Voſſius* inquit, *m'a dit qu'il avoit appris de M. du Puy l'ainé qu'Henry Lindenbrog ètant à Paris, & allant*

gio *Proceſtr. Anatom. Lib.* I. *cap.* XI. *pag.* 126.

LAMBINUS (Dionyſius.) Hic in ſuis in Lucretium Commentariis explicationem atque ſententiam Hieronymi Mercurialis de peſtifero morbo quo genitalia amputare cogebantur tamquam ſuam edidit. *H. Mercurial. Var. Lect. L.* 3. *cap.* 12.

MACROBIUS fere Plutarchum deſcribit obſervatore H. Mercuriali cujus hæc ſunt verba. *Macrobius, qui totum Saturnalium ſuorum ſeptimum librum ex Sympoſiacis Plutarchi verbotenus furatus illius numquam mentionem fecit, ſi a nobis interdum damnabitur, eum ingratitudinis ſuæ debitas luere pœnas æqui judices clamabunt, quem ad modum hoc loco, ubi Plutarchi quem Latinum ejus nomine occulto faciebat, veſtigia deſerere, & medicorum vias ingredi non veritus, calumniis locum ſatis amplum paravit.* Variar. Lection. Lib. III. cap. 5.

MAIMONIDES omnia fere quæ habet in libro de Idololatria ex Titulo Talmudico qui eſt de *cultu extraneo* deſcripſit uti notat Dionyſius Voſſius *in Notis ad Maim. de Idololatr. pag.* 2.

MURETUS (Marcus Antonius.) Hic dicitur Pinciani emendationes pro ſuis edidiſſe. *Poſt illam autem Frobenii editionem,* ita loquitur Henricus Stephanus, *quæ Eraſmi*

mi tantum Annotationes habebat, prodierunt aliæ & quidem ex eadem urbe, quæ & alias, a Pinciano ſcriptas, haud paulo ampliores illis adjiciunt: ſed quum vix in duos locos inciderim ubi Muretus hujus viri, qui optime & ipſe de Senecæ libris meritus eſt mentionem faciat; incidi tamen jam in duos ubi quæ tamquam pro ſuis affert, illius eſſe comperi, &c. Ad Senecæ Lectionem Procœdopoejæ. pag. 203.

Nebrissensis (Antonius.) Hic ſuo ſub nomine edidit Grammaticam, quam eruditiſſimus Jeſuita Joan. Lodovicus de la Cerda affirmatur confeciſſe. Teſtem habeo Bailletum. Jugem. des Sçavans. Tom. III. pag. 82.

Palladius multa accepit a Columella. *Hier. Mercurial. Var. Lect.* lib. 2. cap. 23.

Plinius omnia accepit ab Ariſtotele.

in dialogo de bene inſtituendis Ling. Græc. Studiis. pag. 116. Videſis elegantiſſimum Illuſtr. Huetii librum de interpretibus pag. 221. Bailletum Jugem. des Sçavans. Tom. III. pag. 335.

Stadius (Joannes) Brugenſis in Galliam aufugit clam ſecum ſumens multa antiqua manuſcripta, uti conqueruntur Brugenſes Teſte Ortelio ad Camdenum. *Camden. Epiſtol.* 25.

Stenonis (Nicolaus) accuſatur a L. Blaſio quod ei inventionem vaſorum ſalivalium ſurripuerit. Sed ſe defendit. *Epiſt.* 24. *Cent.* 3. Quod Vitelli in inteſtina tranſitum aliis ſurripuerit, ſed ſe purgat *Specim. Clem. Myolog.* *pag.* 67.

Stephanus (Henricus) non ſolus dicitur autor Theſauri Ling. Græcæ, imo interpretationes Xenophontis & Zozimi I. Leunclavio ſurripuiſſe. *Baillet. Jugem. des Sçav.* Tom. III. pag. 136.

Tursellinus (Horatius) non, ut Clariſſimus Voetius indicavit libellum de *particulis linguæ Latinæ* ex Stewechio deſcripſit, ſed ſolummodo, ſiquidem adhuc ſub judice lis eſt an *M. Terentius Scaurus*, an vero ejus filius *P. Terentius Scaurus* eum confecerit, adoptavit, autore Bailleto. Ibid. pag. 33.

FINIS.

ROMA
946681